ſcuritas erit reſpectu noſtri p inter
poſitōeȝ alicuius corpis opaci. quē
admodū ſit in eclipſi (⁊ luna nō da
bit lumen ſuū) quod p̄t dupl̄r ītel
ligi. Vno modo qꝛ erit īterpoſita in
ter t̄ram ⁊ ſolē. ⁊ ſic ps lune q̄ eſt
verſus terrā obſcurabit̄ cum nō ha
beat lumen niſi a ſole Alio modo p
int̄poſicōnē nubiū obſcurarum (Et
ſtel. ca. de celo) nō q̄ntū ad eaꝝ ſub
ſtatia. cū ſint incorruptibiles. ſȝ ſcđȝ
apparentiam qꝛ vere ſtelle abſcon-
dent̄ p nubiū denſitateȝ. ⁊ de nubi
bȝ verſus terrā deſcendent exalacō-
nes ignite q̄ dicū² ſtelle cadētes (Et
virtutes celoꝝ mouebūtur) Virtu-
tes hic accipiūtur angeli. q̄ ſunt de
medio ordine ſcđe ierarchie. ad q̄ꝝ
officiū ſpectat coopaī aliquo modo
ad miracula. ſecūdū qđ dicit btūs
dioni. ⁊ ip̄i tunc frequenti9 ſolito
mouebūtur ex diuina voluntate ad
faciendum miraculoſas tranſmu-
tationes in elementis. ad incutien
dum hominibus terrorem iudicis
venientis (Et tunc apparebit) Hic
deſcribit iudicis aduentū. ⁊ cir̄ hoc
duo facit. qꝛ p̄mo facit qđ dictū ē. ſe
cundo inducit exemplum ab arbore
fici dicit ergo (tunc) id eſt immedia
te poſt ſigna predicta (Apparebit
ſignum filij hominis in celo) id eſt
crux. claui. ⁊ lancea. que ſunt paſ-
ſionis criſti īſtrumenta. Vel aliter
(Signum) id eſt cicatrices que ap
parebunt in criſti corpore. Iſta au
tem apparebunt in celo id eſt in

aere. qui aliqñ vocaꝛ celũ in ſcrip
tura (Et plangent oẽs tribꝫ terre)
.i. aliq̃ de oĩbus tribubꝫ ꝛ nationi-
bus in quibꝫ ſunt aliq̃ mali quibꝫ
aduentus iudicis erit triſtabilis.
(Et tunc videbũt filiũ hoĩs) qꝛ ſicꝫ
dictũ eſt in forma hoĩs iudicabit.
(Venientẽ in nubibꝫ celi) ſicut in
nube aſcendit in celũ ab apłis. ꝓp
ter qḋ diciꝛ actu .i. Jħs q̃ aſſump-
tus ẽ a vobis ſic veniet (Cũ virtute
multa) qꝛ prim⁹ eius aduent⁹ fuit
in infirmitate. Scḋs erit in ṽtute
(ꝛ maieſtate) qꝛ veniet ut dñs qui
primo venit ut ſeru⁹ (Et mittet an
gelos ſuos) qꝛ miniſterio angelo
rum colligen² cineres mortuoꝝ (Cũ
tuba) Sicut eñ in datione legꝭ audi-
tus ẽ ſonitus terribilis. ut habetur
exo. xix. ita audietur tunc ſonit⁹ cõſi
milis virtute angeloꝝ fact⁹ in ele-
mentꝭ (Voce magna) Illa vox erit
vox xp̄i vocantis mortuos ad iudi
ciũ ex cuius virtute ſuſcitabuntur.
(Et ꝯgregabunt electos ei⁹) Licet
eñ omnes adducanꝛ ad iudiciũ: tñ
electi ſpecialiꝛ adducenꝛ miſterio
ſanctoꝝ angeloꝝ qui erant ꝯciues
eoꝝ (A quatuor ventꝭ celi) .i. a q̃tu
or ptibus mundi vnde oriunꝛ pñ
cipales venti. ꝛ p hoc intelligũtur
alie ptes orbis min⁹ principales.
(A ſummis celoꝝ vſqꝫ ad termĩos
eoꝝ) Iſte mod⁹ loquendi ẽ ſꝫm ap
parentiã. qꝛ ſummũ celi videꝛ eſſe
ſup cenith capitis nr̃i. termin⁹ au
tem celi videtur vbi terminaꝛ aſpe
ctus nr̃. qꝛ ibi videꝛ celum cõiungi
terre. licet ſꝫm veritatẽ equaliter di
ſtat a terra vndiqꝫ. Eſt g̊ ſenſus.
(A ſummo celoꝝ) .i. ab oĩ loco qui
ſub celo ẽ adducenꝛ electi ad locũ
iudicij (Ab arbore) Hic ad declarati
onẽ predictoꝝ adducit exẽplũ. qꝛ
ſicut viriditas arboris incipiens ẽ
ſignũ eſtatꝭ ꝓpinque: ita ſigna pre
dcã erunt ſigna ipſi⁹ iudicij imme
diate venientis. ꝛ hoc ẽ qḋ dicit (Ab
arbore ſici diſcite pa) .i. ſimilitudinẽ
ad ꝓpoſitũ ꝯgruã. ꝛ pꝫ in lrã. Seqꝛ

(Amen dico vob. qꝛ nõ preteribit
gñatio hec) .i. ꝯgregatio fideliũ (do
nec oĩa fiant) qꝛ quantũcunqꝫ fide
les opprimanꝛ tpe antixp̄i: tñ aliq̃
ꝑmanebũt in fide ſtabiles vſqꝫ ad
finẽ mundi (Celũ ꝛ terra trãſibũt)
non qꝛ corrũpanꝛ ſꝫm ſuam ſbam:
ſed qꝛ ceſſabit motus celi ꝛ trãſmu
tatio in elementꝭ. Iſta eñ ordinata
ſunt ad cõplendũ nũm electoꝝ. et
idõ ipſo ꝯpleto in iudicio ceſſabũt
ſicut ea q̄ ſunt ad finẽ habito fine.
(Verba aũt mea nõ preteri) p ver
bũ eñ xp̄i fact⁹ eſt mund⁹. ꝛ iõ ver
bũ eius eſt ipſo mundo ſtabilius
(De die aũt ꝛ hora) Hic circa iudi
ciũ oñt tpis incertitudinẽ. poſſꝫ eñ
aliq̃s credere qꝫ ex ſignis predictis
poſſet aliq̃s tps iudicij determina
tũ certitudinaliꝛ cognoſcẽ. idõ hoc
excludit dicẽs (De die aũt ꝛ hora il
la nemo ſcit) qꝛ p rõnem naturalẽ
hõ non pt tps illud certitudinaliꝛ
cog̊ſcere. qꝛ depẽdet ex ſimplici vo-
luntate dei. ſiliter nec p reuelacõẽ
cognoſcit. qꝛ ſi hoc reuelaſſet aliq̃-
bus hꝰ fuiſſet factũ apłis q̃ fuerunt
maxĩe illuĩati ꝛ tñ ipſis de hoc que
rentibꝫ act .i. rñdit. non ẽ veſtꝝ noſ
ſe tpa vel momenta q̄ pr̄ poſuit in
ptãte ſua. qḋ exponens aug. xviij
de ci. dei. d. Oĩm calculantiũ digi-
tos reſoluit ille q̊ hoc dixit. P digi
tos potẽtiam nũandi ĩtelligit (Ne
qꝫ angeli celoꝝ) ſicut eñ principiũ
mundi a ſolo deo fuit precognitũ.
qꝛ mund⁹ immediate ẽ ab ipſo fa-
ctus. ita ꝛ finis mundi ſolo deo eſt
cognit⁹ ꝛ hoĩ xp̄o reuelat⁹. ad quẽ
ptinet iudicaȓe de oĩbus (Niſi pa-
ſolus) p hoc nõ excludiꝛ filius vel
ſpũſſanctus. ſed magꝭ includunꝛ.
qꝛ vna ẽ noticia triũ pſonaꝝ. Dcõ
eñ excluſiua addita vni pſone in di
uinis reſpectu termini eſſentialis
nõ excludit aliã. ut diffuſi⁹ tracta²
pri. ſent. ſic aũt eſt in ꝓpoſito. qꝛ il
la q̄ importãt reſpectũ ad creaturã
ſunt cõia tribꝫ. hmõi aũt ẽ noticia
diei iudicij. Conſiſt aũt predcã per.

exemplū veteris teſtamenti. d. (Si
cut fuit in diebus noe) qñ diluuiuz
erat occultū (Ita erit aduētus filij
ho.) .i. xp̄i venientis ad iudiciū (Sic
em̄ erant in dieb3 añ diluuiū come.
a biben. etc.) id eſt in magna ſecuri
tate exiſtētes (Donec ve. dilu. a tu
lit omnes) .i. pdidit. excepto noe a
hijs qui cū eo erant in archa (Ita
erit aduentus filij hois) qr hoibus
i ſecuritate exiſtentib3 a de nullo ti
mentib3 ſubito veiet tribulacō anti
xp̄i. vel ſm alios iſtud refert ad tē
p9 poſt mortē antixp̄i. qr ipō mor
tuo a p ɔñs hominib3 in ſecuritate
exiſtētib3. ſubito apparebūt ſigna
iudicij a iudicis venientis (Tūc duo
erunt in agro. vnus aſſumet a alt
relinquetur etc.) p exiſtentes i agro
intelligūtur p̄lati. quoꝝ officiū eſt
laborare i agro militant eccleſie p
molentes in mola: vbi ē magnus
labor corpalis ītelligunt actiui. p
exiſtentes in lecto intelligunt ɔtē
plati qui ſunt ī requie ɔtēplationis
de iſtis tribus dr (Vnus aſſumetur
a alter relinquet) quia iſtoꝝ triu3
ſtatuū aliq̄ ſtabūt ī fide in pſecucō
ne antixp̄i a aliqui cadent. a ſimi
liter aduenientē iudicio aliqui aſſu
mētur ad gl'am. aliqui relinquēt
ad penam (Vigilate ergo) Hic ex
p̄dictis excitat noſtrā ſollicitudīe3
qr em̄ temp9 iudicij eſt incertū. idō
ſemp debem9 eſſe parati ad ip̄3 ex
ſpectādū. qr in tali ſtatu in quo ali
quis capiet ī morte q̄ nobis etiā ī
certa eſt. ita etiā ī tali ſtatu p̄ſētabi
tur ī iudicio. Ad hoc āt adducit du
plex exemplū. Primū ē de patrefa
milias. qui ſollicitus ē de cuſtodiē
da domo. a multo fortius nos debe
mus eē ſolliciti ne pdamus vitam
eternā. quod erit ſi īueniam̄ īpati
p carentiā grē ī morte. a h̄ eſt q8
dicit (Illud aūt ſcitote etc.) a pt3 lit
tera. ſm exēplū ponit ibi. Quiſpu
tas. de ſeruo patriſfamilias q̄ ſolli
citus eſt regere domū ſibi ɔmiſſam
non ſolū ī p̄ſentia dn̄i ſed etiā ī ab

ſentia. ut ſic veniens dñs eū remuē
ret. ſi aūt ī ɔtrarijs actibus ip̄m in
ueniat eternaliter puniat. iſte aūt
ſeruus ē q̄libet xp̄ian9 qui ē diſpen
ſator domini ſui. q8 pōt ītelligi tri
plr. Vno mō ī diſpēſacōe ſpirituali
um q8 ꝓprie ptin3 ad p̄latos. Alio
modo ī regimine tēpalium. q8 pti
net ad pricipes ſeculares a iudices
Tercio modo ī bono vſu grāꝝ ſibi a
deo collataꝝ. a hoc ptiu3 ad omnes
hoc ergo eſt q8 dicit (Quiſputas
ē fidelis ſuus etc. Quē ɔſtituit domi
nus ſup familiā ſuā.) et pt reſpon
deri vt p3 ex p̄dictis. Hic ē bon9 p̄la
t9. vl bon9 iudex. vl etiā bonus ſim
plex xp̄ian9 quia ut dicitur ī eccle
ſiaſtico cuilibet mādauit de9 de pxi
mo ſuo (ut det cibū illi in tempe) .i.
auxiliū in tēpore neceſſitatis ad q8
q̄libet p̄dictoꝝ tenetur ut viſum ē
(Beatus ille ſeruus quem cum ve
nerit dominus eius) q̄rens ī morte
rōnē ſeruicij ſui (īuenerit ſic facien
tē) .i. ī actibus caritatis ſe exercētē
qr per talia meretur btītudinē. ꝓpt
quod ſubdit (Amen dico vobis ſu
per omnia bona ſua ɔſtituet eum)
qr beatitudo ē ſtatus omniū bonoꝝ
ɔgregacōe pfectus. ut dic2. iij. de cō
ſolatione (Si aūt dixerit malus ille
ſeruus ī corde ſuo moram facit domi9
meus) hoc dicūt illi qui nō cogitāt
de morte (Et ceperit pcutere ɔſeruos
ſuos) .i. occupare ſe ī actibus mal
a caritati ɔtrarijs (Veniet dñs ſer
ui illius in die qua nō ſperat) quia
nihil eſt incertius hora mortis (Et
diuidet eū) ſepando aīam a corpe in
morte (ptēqz eius ponz cū ipocrit)
.i. cū falſis xp̄ianis ſepando ip̄m a
beatis a coniungendo cōdemnatis
(Ibi erit flet9 et ſtridor dētiū) h̄ ſup
expoſitu3 ē ca. xiij.

## Capitulū. Viceſimūquintū.

NVnc ſile ē reg. celo.) data le
ge euāgelica P9q̄ ſaluator
oñt q̄dā añcedētia iudiciu3

extremum. hic deſcribit ipſum iu
diciū. Et qꝛ vniuerſitas iudicāda
diſtinguit in tres ſtatus. viꝫ actio
rum. ↄtemplatiuoꝝ ⁊ etiā prelato
rum. ideo diuidit in tres ptes ſcdm
tres pabolas q̄s hic ponit ad iſtoſ
tres ſtatus ptinentes. Prima pti-
net ad ↄtēplatiuos Scda ad prela
tos. ibi. Sicut eī peregre ⁊c. Tercia
ad actiuos. ibi. Cū aūt venerit fili
us hoīs. Prima in duas. qꝛ pmo
circa vitā ↄtemplatiuā po meritū.
⁊ ſcdo ponit circa hoc examinacōiſ
iudiciū. ibi. Media aūt nocte. Di
cit g̊ primo (Simile eſt regnū celo
rum) i. eccia militās quantum ad
ſtatū ↄtēplantiū (Decē virginibꝫ)
p quā ſignificat vniūſitas cōtem
platiuoꝝ. Nūs eī denarius eſt pri
mus digitus vel prim9 limes nūoꝝ
vnde ⁊ numeri ſeqntes ↄponun ex
denario pluries ſumpto vel aliqua
pte eius. ſicut pꝫ. xx. bis decē. trigi
ta ter decē. ⁊ ſic ↄñr. ſiliter vndecim
vnum ⁊ decē. ⁊ duodecī. duo ⁊ decē
⁊ ſic ↄñr ꝓpter qꝺ dixerūt aliq̄ phi
qꝫ numeri non pcedūt in infinitū:
ſed ſolū vſqꝫ ad. x. ut hetur. iij. phi
ſi. ⁊ ideo denarius nūs bn̄ ſignificat
vniuerſitatē. virgitas aūt q̄ tenet
ſupremū gradum in ꝟtute caſtitatiſ
ſignificat vitam ↄtēplatiuā. qꝛ caſti
tas eleuat mentē a carnalibꝫ. ⁊ ſi
cut diſponit intellcm ad contēpla
tionē veritatis. ſic ecōtrario luxuria
depmit mentē ⁊ cāt ebetudinē ī tel
lect9 ⁊ ſic reddit hoīem quaſi beſti
alem. ꝓpter qꝺ i. eth. vita volupu
oſa vocat ſic pecudis (Que accipien-
tes lāpades) Lāpades iſte ſūt opa
vite ↄtēplatiue q̄ ſunt bona de grīe
(Exierūt obuiā ſponſo ⁊ ſponſe)
Ad h debet ordinari exercitiū vite
contēplatiue: ut hō poſſit ſecure et
decenter obuiare xpō venienti ad iu
diciū q̄ tunc ↄiunget ſibi eccam to
liter mundatā nō hn̄tem maculā
neqꝫ rugā (Quinqꝫ āt ex eis e. fa.
⁊ quinqꝫ pru) Prudētia aūt ē vir
tus directiua opeꝝ humanoꝝ in finē

debitū. ꝓpter qꝺ a phis ⁊ a ſanctis
dicit auriga virtutū Virgines aūt
prudētes ſunt ↄtēplatiui ſeu religi
oſi opa ſua de grīe ad finem debitū
ordinātes. viꝫ ad glam dei pncipa
lit. ad pfectionē ſui ⁊ edificationē
ꝓximi ↄñr. Et qꝛ fatuitas ē priua
tio prudentie ↄria. ideo fatue virgi
nes dicun ↄtēplatiue a predcō fine
deuiantes. ꝓpriā glam ⁊ fauorem
hoīm: vel queſtū principalit inten
dētes. ⁊ merito dicūtur ꝟgines fa-
tue. qꝛ bonū opus de grīe pdūt ꝓ
ter defectū intētionis recte (Sꝫ qui
qꝫ fatue acceptis lāpadibꝫ nō ſum
pſerūt oleū ſecū) Oleū iſtud ē ſpūa
le gaudiū qꝺ ori ex operibꝫ bonis
factis ꝓpter deū. De quo dicit apls
ad phil. iiij Gaudete in dño ſemp
Hoc aūt oleū non hn̄t virgines fa
tue ꝓpter defectū intētionis recte: li
cet heant lampades i. opa bona de
grīe (Prudētes vero acceperūt oleū
in vaſis ſuis cū lampadibꝫ) qꝛ ꝓ
ter rectitudinē intentionis gaudēt
in domino de ſuis operibus bonis.
Dicit aūt gaudiū iſtud oleū. qꝛ nu
trit ⁊ fouet ignē caritatis. Ex hoc
eī qꝫ aliquis delectat in ope: forti9
⁊ melius opatur ſcdm phm. ⁊ per
ↄñs diſponit ut ei maior caritas ī
fundat (Morā aūt faciente ſpon.
dormi. oēs ⁊ dormi) Mora iſta eſt
decurſus tpis ab aſcēſiōe x̄ vſqꝫ ad
diē iudicij. qꝺ tps ꝓpter longitudi
nem voca hic mora. iam eī durauit
p mille ducētos ⁊. lxxv. annos. et
reſiduum eſt nobis incertum. In
hoc autē tempis interuallo moriū
tur omnes tam boni q̄ꝫ mali. que q̄
dem mors ſignat hic per dormitio
nem. qꝛ ita faciliter excitabūtur a
morte p xp̄m ad iudicium venien
tem. ſicut homo pur9 excitat alium
dormientē (Media aūt nocte) Hic
ponit examinationis iudiciū circa
predicta opa ↄtēplantiū. Dicit g̊.
(Media nocte) non ē intelligendū
per hoc qꝫ iudiciū extremū ſit cele-
brandū de nocte: ſꝫ de die. put dicit

aplˀs .j. coꝝ .iij. dies domini declara
bit ⁊c̄. ꝫ qꝛ tēpus iudicij ē nobꝫ oc
cultum ut pꝫ ex p̄cedenti ca. iō hꝫ ſig
natur p hoc qꝺ dicitur (Media aūt
nocte) qꝛ illa que ſūt media nocte
ſūt hominibus occulta (Clamor āt
factus ē) .i. vox xp̄i vel angeloꝝ ad
vocādū mortuos ad iudiciū. ut di
cetur .i. eodē ca. (Tunc ſurrexerūt oēs
virgīes ille) qꝛ oīs īſurgent boni
⁊ mali. ut appareāt ī iudicio x̄ (Et
ornauerūt lāpades ſuas) iſte orna
tus nō eſt aliud qꝫ recurſus ad mē
tem. cogitādo de iuſticia ſuoꝝ opeꝝ
⁊ bonitate circūſtāciaꝝ (Fatue aūt
ſapiētibꝫ dixerūt da. nobꝫ ⁊c̄.) Iſta
peticō vana ⁊ rñſio negatiua. ſigni
ficāt qꝫ nullus ad aliū qꝫtūcūqꝫ iu
ſtum poterit recurrere p auxilio ha
bēdo. nec aliqͣs quātūcūqꝫ iuſtꝰ po
terit aliū iuuare ſed ſibi ſoli ſuffici
et iuſticia ſua. ⁊ hꝫ eſt qꝺ ſubditur.
(Ne forte nō ſufficiat nobis ⁊ vobꝫ
ite potiꝰ ad vēdētes). Exprobratio
eſt p̄terite fatuitatis in hꝫ qꝫ bō ope
ra de genere dederūt ꝓpt̄ fauorē lau
dis hūane. quia vēditores olei ſūt
adulatores ſcd̄m augꝰ. q. d. ꝯſidera
te quid valuit vobis p tali fauore
ꝯtinēter viuere. (Dū aūt irent eme
re) p hꝫ inſinuat̄ remorſus ꝓprie cō
ſcientie dicētꝭ teſtimoniū de p̄dictꝭ
ꝯtra ſe (Venit ſpōſus) .i. xp̄s ad re
muneracōꝫ bonoꝝ (Et q̄ pate erāt)
p opa caritate formata (Intraue
rūt cū eo ad nup.) .i. ad glaꝫ celeſtē A
lijs relictis ad penā (Et clauſa ē ia
nua) qꝛ pꝰ iudiciū ñ erit alicui aditꝰ
poſſibilis ad glam. ꝓpter qꝺ ſubdi
tur (Nouiſſime) .i. nimis tarde (ve
niunt ⁊ relique virgines di. domīe
dñe api no.) p hꝫ qꝫ vocant eū dñm
ſignatur qꝫ crediderūt in xp̄m. ꝫ qꝛ
fides eaꝝ fuit informis. iō ſubditur
(At ille Rñdens ait Amen dico vobꝫ
neſcio vos) noticia ſcꝫ approbatōis
qua ſoli electi a deo ꝯgnoſcūt̄. Et ī
fine huius pabole ad noſtrā īſtru
ctionē ꝯcludiꝛ. (Vigilate itaqꝫ) ad
habēdū ſcꝫ fidem formatā caritate

(quia neſcitis diē neqꝫ horā) mortꝭ
ſcꝫ. nec p ꝯñs ſtatus p die iudicij.
quia ſicut dictū ē in tali ſtatu p̄ſen
tabitur qͥlibet in iuditio. in qͦ īueni
tur ī morte (Sicut eī hō pegre) Hic
ponitur ſcd̄a pabola que ptinet ad
p̄latos. Et p̄mo circa ſtatuꝫ eoꝝ de
ſcribitur meritū ⁊ demeritū ꝓpe acti
onis. Scd̄o iudiciū diſcretionis ibi
poſt multū vero tēpis. dicit ergo p̄
mo (Sic hō pegre pfi. (Homo iſte
ē ihs xp̄s. qui licet ſcd̄ꝫ diuinitatē
nō poſſet pficiſci de loco ad locū. qꝛ
ſic eſt vbiqꝫ ſemp ⁊ de neceſſitate.
ſꝫm tñ naturā humanam peregre p
fectus ē qñ aſcendit in celū. quia lo
cus ꝓprius oīm cōpoſitoꝝ ex elemē
tis vbi naturalit̄ quieſcūt ē terra.
ut hꝫetur .ij. de generatione. qꝛ elem̄
ta ꝯtraria excedunt in eis ſcd̄m quāti
tateꝫ molis (Vocauit ſeruos ſuos)
.i. p̄latos ecc̄e qui ſpāli mō ſunt eiꝰ
ſui. (Et tradidit illis bō ſua) bona
ſcꝫ nature. bona gratie ḡtis date.
bona ſcientie. bona potētie. ⁊ bona
opulentie. ⁊ dicunt̄ talenta. qꝛ per
bonum vſū talium pōt hō ſibi acqͥre
re celeſte p̄miuꝫ (Vni dedit quinqꝫ
talenta ⁊c̄.) qꝛ aliqui habent oīa
iſta a deo ſibi collata alij plura iſto
rum ⁊ alij vnum tm̄ (Ipe abijt ⁊c̄.)
quia aliqui ſūt qui iſta talēta mul
tiplicant ⁊ geminant bene vtendo
predictis ad ſui pfectionem ⁊ pxi
mi edificationem Alij autem abſcō
dunt in terra qui p̄dictis vtunt̄ ad
mundi gloriam ⁊ temporale lucꝝ
ſeu queſtum (Poſt mnltum vero tē
poris) Hic ponitur circa p̄dicta exa
minationis iudicium (Poſt multū
temporis venit dominus ſeruorum
illorum) quia magnum tempus ē
ab aſcenſione xpriſti ad celum vſqꝫ
ad aduentum eius ad iudicium ut
predictum eſt (⁊ poſuit rationeꝫ cū
ſeruis ſuis) quia tunc diſtricte exi
get rationem de bonis ab eo colla
tis. bene opantes remunerando ꝓp
ter quod ſequitur (euge) intiectio
eſt gaudentis (Serue bone fidelis)

querens in ſuis actibꝫ gloriā dn̄i:
non ſuā (Quia in pauca fidelis fu
iſti) Bona ei ī hac vita collata hoi:
ꝑua ſunt reſpectu bonoꝝ glorie. qꝛ
ibi ↄferẜ hoi bonū infinitū. ꝓpt̃ hoc
ſeq̇tur (Supra multa te ↄſtituā ac̃)
Et pꝫ (Accedēs aūt qui vnū talentū
accepat) qꝛ mali licet inuiti appare
bunt in extremō iudicio diuino ↄſpe
ctui (Et ait. ſcio dn̄e qꝛ durus es)
Tū qꝛ deus a ſuis ſuis req̇rit opa
ardua. ſcꝫ opa virtutū. tum qꝛ in iu
dicio durus erit q̄ mō ē pius et mā
ſuetus (Metis vbi non ſeiaſti ac̃)
Hoc intelligiẜ dupliciter Vno mō
qꝛ non ſolū req̇rit in prelatis bona
ecc̃ie in ꝓpria ꝑſona: ſꝫ etiā in aliēa
qꝛ eoꝝ officium eſt inducere alios
ad bonum. Alio mō qꝛ requirit ab
hoīe opa meritoria vite eterne. et
tn̄ non ſeiauit in natura hoīs prin
cipiū ſufficiēs huius opis. Homo
em̄ ex puris naturalibꝫ non p̄t me
reri vitā eternam: immo ↄ̄triu̅ di
cere ē hereſis pelagiana: non tn̄ de
us iniuſte requirit opa meritoria
vite eterne. qꝛ ſi homo facit q̇ in
ſe eſt deꝰ infundit ſibi grām ꝑ quā
p̄ōt predictum opus exercere (Et ti
mens abij et abſcōdi talentū) qꝛ ex
puſillaīitate aliq̄ refugiunt aggre
di opa virtutū et declināt ad vitia
et ad ſola terrena querenda curan
tes tm̄ de corpe. et nullo mō de aīa.
ꝓpter q̇ ſequitur (Ecce habes q̇
tuum eſt) qꝛ aliq̄ ad tantā inſami
am deueniūt q̄ dicūt. deus fec̃ aīaꝫ
curet de ea ſi voluerit. Alij aūt pre
ſumentes credūt hr̄e glām ſine me
rito dicētes. deus nō fecit aīam pro
dānatione: ipſā ſaluabit et trahet
ad ſe (Rn̄dēs aūt dn̄s eꝰ dixit ei. ſer
ue male et piger ac̃) Ex v̇bo ſuo eū
ↄdemnat. qꝛ in iudicio ↄſcia vniuſ
cuiuſqꝫ teſtificabiẜ ↄ̄ ſe (Sciebas
qꝛ meto ac̃) quaſi diceret. Ex q̇ ſcie
bas me eſſe duꝝ in repetēdo multi
plicationē talentoꝝ tibi traditorū
ꝑ exercitiū bonoꝝ operū: ex hoc oñ
dis te iuſte cōdemnandū. ꝓpter q̇
ſeq̇ẜ (Tollite itaqꝫ ab eo talentū)
qꝛ bona diuinitus collata nō cedēt
ad glām male opantibus vel ocio
ſis: ſed magis ad penā (Et date ei
qui hꝫ decē talenta) qꝛ damnatio re
proboꝝ cedet in glām electoꝝ. ſm̄
q̄ ſcribiẜ in pſ̄. Letabiẜ iuſtus cuꝫ
viderit vindictam ac̃. ꝓpter q̇ eti
am ſeq̇tur (Hn̄ti dabiẜ et abunda
bit) qꝛ ei qui reperieẜ in grā dabiẜ
gloria: et abūdabit nō ſolū de ſua
et aliorū glificatione: ſed etiam de
ↄ̄pletione diuine iuſticie in maloꝝ
reprobatione (Ei aūt qui nō habꝫ
et q̇ videẜ habere auferet ab eo) qꝛ
ei qui nō inuentus fuerit in gratia
in morte bō̄ nature et grē: que ha
buit cedent ei ad penā (Et inutileꝫ
ſeruum ꝓijcite in tenebras exterio
res) Peccatores eī mō ſolū habent
tenebras interiores que ſunt tene
bre mentꝭ. In inferno aūt hēbunt
cū hoc tenebras corꝑales que ſunt
tenebre exteriores (Ibi erit fletꝰ et
ſtridor dentiū) i. dolor mētis et cor
poris: et ad iſta reducitꝰ oīs pena in
fernalis (Cum aūt venerit filiꝰ hoi
nis) Hic poniẜ tercia parabola q̄ ꝑti
net ad actiuos: ad q̄s ꝑtinet ſe ex
ercere in actibus mīe. Pro quo ex
ercitio remunerabunẜ. deſiſtentes
aūt a talibꝫ ↄdemnabunẜ Dicit er
go (Cum aūt venerit filiꝰ hoīs) Li
cet eī idē ſit filius dei et hoīs: facit tn̄
mentionē de filio hoīs. quia in for
ma humana veniet ad iudiciū (in
maieſtate ſua) qꝛ tunc clarebit ī
forma hoīnis glorioſa: qui in p̄riº
aduētu apparuit in forma paſſi bi
li et infirma (Et oms angeli eiꝰ cū
eo) Tum ꝓpter honorē iudicis. tum
ꝓpter executionē iudicij qꝛ miniſte
rio ſāctoꝝ angeloꝝ deduceẜ electi
ad celū: ꝑ malos angelos reprobi
traheẜ ad infernū (Tunc ſed. ſup
ſe. ma. ſue) ꝑ hoc ſignat ꝑtātem iu
diciariā que data ē xp̄ō hoī (Et cō
grega. ante eū oēs gen) qꝛ nullus
tunc poterit latere (Et ſepabit eos
ab inuicē) quia iuſticia cuiuſlibet

a malicia apparebit oībus manife
ſte a talis diſtrictio vocatur ſepa
tio. a cū hoc forte diſtinguet̄ ſcd̄m ſi
tum (Sicut paſtor ſepat oues ab e-
dis) p oues intelligūt̄ iuſti ꝓpt̄ eoꝝ
innocētiā. p edos reprobi ꝓpter eoꝝ
nequiciā; Edus eñ quādo creſcit ē
animal fetidū a luxurioſū. Vñ a in
lege hirc9 offereba² p pctō pnāpis
ut hēt̄ leui. iiij. (Et ſtatuet oues q̄
dē a dexteris) .i. in potioribꝫ lois q2
ſancti traſferētur ad glām (Edos
aūt a ſiniſtris) q2 mali dimittētur
ad penā. a quia forte ſic erūt diſpo
ſiti ſcd̄m ſitum in iudicio. q2 dextra
ē locus honorabilior a ideo cōuenit
electis (Tunc dicet rex hiis q̄ a dex
teris eius erūt. Venite bn̄dicti pa-
tris mei) .i. a p̄re meo (Poſſidete) .i.
eternaliter tenete (patū vobis reg
nū a cō. m̄. quia a pnāpio mūdi fa
ctū ē celū empireū . qd̄ ē loc9 btōrū
(Eſuriui rc̄) Hic tāgū² ſex opa mi
ſericordie que ſūt neceſſaria ex pte
corpis a intelligit̄ p h̄ ſeptimū qd̄
eſt ſepelire mortuos. Sufficiētia āt
iſtoꝝ hoc modo accipit̄. q2 hō ī vita
pſenti pmo indiget ex pte corpor̄
alimēto. ſine q̄ nō pōt eē. a h̄ alimē
tū duplex eſt. vnū ē calidū a ſiccū.
a h̄ vocatur cibus . a ſic vnū opus
miſericordie ē paſcere eſuriētē. vn̄
dicit phūs. ij. de anima . q͞ eſuries
ē appetitus calidi a ſicci. a aliud eſt
alimētum corpis frigidū a hūiduꝫ
a illud vocatur potus. a ſic ſcd̄m op9
miſericordie ē potare ſitientē . a ſic
dr̄. ij. de anima q͞ ſitis eſt appetitus
frigidi a humidi. ſcdō indiget aliq̄
ſine quo nō pōt bn̄ eē videlicet īdu
mento a domicilio in quo poſſit re-
quieſcere. a ſic ē duplex opus miſe
ricordie. ſcꝫ veſtire nuduꝫ. a collige
re vel recipere hoſpitē. Tercō īdiget
poſt vitā iſtam ſepultura. a ſic po²
quintū opus mīe ſcꝫ ſepelire mor-
tuum. iſta quinqꝫ pdicta ſunt oībꝫ
ꝯmunia. Alia ſunt duo opa miſeri
cordie que impēdunt̄ alicui ex ali-
quo accidente ſupueniente. ut ſi ali

quis incurrit infirmitatē vel capia
tur ab hoſtibus. a ſic accipiūt̄ duo
opa que ſunt viſitare īfirmū a redi
mere captiuū. a in noīe redēpcōnis
intelligit̄ omne beneficiū eis īpen-
ſum. Iſta aūt ſeptem opa miſeri-
cordie hn̄tur ī vno verſu. Viſito po
to cibo redimo tego colligo cōdo Et
patet ſn̄ia ex pdictis Iſta autē ſep
tem impenſa xp̄i fidelibus ꝓpt̄ xp̄m
ſibi reputat totum factuꝫ q2 fideles
ſunt membra eius a econtrario fide
libꝫ denegata ſibi reputat denegari
ꝓpter quod facientibus opa miſeri
cordie reddit vitā eternā . denegāti
b9 aūt penā. Ex iſtis pꝫ littera. Ad
uertēdū tn̄ qn̄ dicit̄ (Dn̄e qn̄ vidi9
te eſuriētē rc̄) non eſt queſtio pce-
dēs ex ignorātia q2 iuſti certitudia
lit̄ ꝯgnoſcēt. q͞ opa miſericordie fa
cta mēbris xp̄i xpriſt9 ſibi reputat
fieri a p talibꝫ certitudinaliter ſe ſal
uari . Et ſimilit̄ mali ſcient ſe dāna
ri p ꝯtrario. ſed eſt queſtio āmirati
onis pro magnitudine gratie que
fiet. electis . a magnitudine miſerie
que infligetur reprobis Cōſideran
dū etiam q͞ hic nō ſit mencō de opi
bus miſericordie ex pte aīe q2 illa
ptinent p maiori pte ad platos ad
quos ptinet alios inſtruere a diri-
gere in ſalutē. hic aūt agitur de iu-
dicio circa ſtatū actiuoꝝ ut viſum ē
cetera patēt ex dictis.

## Capitulū. Viceſimūſextum.

Et factū eſt) Poſtq̄ mathe9
euangeliſta in pricipio ſui
euangelij declarauit pſonaꝫ
mediatoris a vlteri9 legē euangeli
caꝫ ab eo datā ad inſtructionē hoīs
trāſgreſſoris. Hic deſcribit ipſi9 me
diatoris paſſionē p quā ſolutū eſt
preciū noſtre redēpcōis. Et diuidi²
in duas ptes. q2 pmo oñdit̄ malig
na xp̄i ꝯphenſio p exploracōnē iu-
deoꝝ. Scdō eius iniuſta ꝯdēnatio p
executionē gentiliū. ca. xxvij. Pri-
ma dīdit̄ ī q̄tuor ptes. q2 pri° deſcri
bi² xp̄i vēditio fcā ñ ex ei9 ignorātia

ſed magis ex preſētia a voluntate
Scdō ipſi⁹ venditi traditō nō ex diſ
plicentia: ſed ex caritate. ibi. Pria
aūt die azimoꝝ. Tercio ipſi⁹ tradi
ti ↄp̄henſio nō ex impotētia: ſed ex
ſua mititate. ibi. Adhͨ eo loquēte.
Quarto ↄprehēſi illuſio nō ex eiuſ
iniuſticia: ſꝫ ex huilitate. ibi. Prin
cipes aūt ſacerdotū. Circa primū q̄
tuoꝛ p ordinē ponunt̄. Primū ē ip
ſi⁹ vendicōis prenūciatio. Scdm vē
dicōis ↄſultatio. ibi. Tc̄ congr̄gati
ſunt. Terciū vendicōis occaſio. ibi
Cū aūt eſſꝫ ihs. Quartū vendicōis
mod⁹ a ordo. ibi. Tunc abijt v. ex
duo. Circa primū ↄſiderādū ꝙ ea q̄
predcā ſunt. c. prec̄. predicauit xp̄ſ
feria t̄cia an̄ paſſionē ſuā. a eadem
die p̄dixit diſcipul̄ ſuis paſſionem
ſuā futurā p⁹ duos dies. ſic̄ poſtea
fuit ↄpletū. Ex q̄ ptꝫ ꝙ non ē ex ig
noꝛātia traditus: ſꝫ ex ſua preſcia a
volūtate: ut dictū eſt. Hoc ē ḡ q̄d
dicı̄ hic (Et factū eſt cū ↄſūmaſſet
ihs ſermones hos oēs) q̄ ↄtinentur
ca. prec̄ (Dixit) eād die ſcꝫ (diſcipu
lis) in ſecreto a nō corā turbis (Sci
tis ꝙ poſt biduū paſca fiet) i. im
molabi agn⁹ paſchalis q̄ debebat
immolari veſpe feie quinte. a quo
incipiebat ſolēnitas ſeqn̄tis diei.
(Et filius hoīs tradet̄) ꝙ eadē no
cte traditus ē a iuda iudeis (ut cru
cifigatur) ꝙ vlteri⁹ iudei tradidert
ipſū pilato ad crucifigendū (Tunc
ↄgregati ſūt) Hic po ipſi⁹ venditi
onis ↄſultatio que facta ē feria q̄r
ta ante paſſionē. a tunc ihs nō ve
nerat in iheruſalē ſicl̄ fecerat alijs
tribꝫ diebus precedētibus: ſed mā
ſit in bethania ut daēt iudeis locū
tractandi liberi⁹ de morte ſua a hoc
eſt q̄d dicit̄ hic (Tunc) i. ſequenti
die poſtq̄ dixit iheſus apl̄is verba
premiſſa (Cōgregati ſūt principes
ſacerdotū) q̄ cōceperāt erga xp̄m rā
coꝛē a odiū utꝫ ex premiſſis (Et ſei
oꝛes p̄p̄li) Iſti erāt iudices ordina
rij. de q̄bꝫ ſ̄ dictū ē. xv. ca. in prin⁰.
(In atriū principis ſacerdotū qui

dicebat̄ cayphas) Iſte ē qui pri⁹
dederat ↄſilium de morte xp̄i ut ha
betur ioh̄. xi (Et ↄſiliū fecerunt ut
iheſū dolo tenerent a occideret) Pri
us ei determinauerāt ipſuꝫ interficere
ſed ↄſiliū querebāt de mō faciendi
qualiter poſſent facere occulte a ſi
ne p̄p̄li ſeditione. a hoc eſt q̄d ſub
ditur (Dicebant aūt. non in die fe
ſto) i. in ſolemnitate paſchali im
minente de p̄ximo ut viſum ē (Ne
forte tumultus fieret in p̄p̄lo) Mul
ti em̄ ꝓpter ſolemnitatē paſche ve
nerāt in iheruſalem. a ꝙ aliqui re
putabant iheſū eſſe verū xp̄um. alij
autē ſeducti a ſacerdotibꝫ reputa
bant eum magū a ideo ſi occideret̄
durāte ſolemnitate paſchali: time
bant periculoſā ſeditionē populi.
ꝓpter q̄d ↄſulebant mortē eius vſ
ꝙ poſt feſtū differri tn̄ iſtud ↄſiliū
poſtea mutauerūt. ꝙ inuenerunt
oportunitatē eū capiendi p iudaꝫ
ut dicet̄ infra (Cum aūt eſſet ihs)
Hic ponit̄ vendicōis xp̄i occaſio.
Iudas aūt cupid⁹ motus fuit ad
xp̄i venditionē ut poſſet recupaē p
hoc valoꝛē vngenti ſup caput e⁹ ef
fuſi. et hͨ eſt q̄d dicit̄ (Cū eſſet ihs
in bethania) Illud fuit factū ſexto
die ante paſſionē xp̄i. ut hr̄etur Io
han. xij. ſed hic recolit̄ a matheo.
ꝙ fuit occaſio vendicōis xp̄i ut di
ctū ē iam (In domo ſimonis lepro
ſi) Iſte em̄ tunc nō erat leproſus
ꝙ iā fuerat curatus a xp̄ō: retinue
rat tn̄ nomē leproſi. ſic̄ mathe⁹ p⁹
vocacōeꝫ ad ſtatū apl̄icum: adhͨ vo
cabat̄ publican⁹: ut dictū eſt ſ̄. x.
ca (Acceſſit ad eū mlier) Iſta fuit
maia ſoroꝛ lazari ut dr̄ ioh̄. xij (ha
bens alabaſtrū) i. vaſculū factū de
alabaſtro q̄d eſt gen⁹ marmoꝛis
candidi. ꝙ tale vaſculū optie ↄſer
uat vnguēta in terra illa. a hͨ ē q̄d
dr̄ (vnguēti precioſi) i. ↄtentiui vn
guenti. Aduertendū tn̄ ꝙ vnguē
tum hic vocat lacrima fluens de ar
boribus: q̄ eſt multū precōſa in ter
ra illa. ꝙ vꝫ multū ad medicinalia

(Et effudit ſup caput ipſi9) ſcʒ effū
dit aqua roſacea ꝓpt̃ refrigeriuʒ et
odorē (Recūbentis) i. reſidentis ī mē
ſa. quia faciebāt magnū feſtū xp̄o
ꝛ diſcipulis eius ꝛ lazarus q̄ fuerat
reſuſcitatus ab eo erat vn9 de recūbē
tibus. ſicut hetur iohānis. xij. (Vi
dentes aūt diſcipuli eius indignati
ſunt) Hic ponit² plurale p ſingulari
ſcd̓m ↄmunē modū loquēdi. qꝛ q̄d
vnus de aliqua ſocietate facit. tota
ſocietas dicit̃ facere. ſolus eī iudas
murmurauit. ut hetur exp̄ſſius io.
.xij. vel ſi forte aliqui cū eo murmu
rauerūt fuerūt ab eo incitati (Dicē
tes ut q̄d pditio hec.) reputabat eī
iudas vnguētū pditū ꝓpter h̄ ꝙ nō
hēbat apud ſe p̄ciū (Potuit eī venū
dari multo) iſtud exp̄ſſius ponit̃ io
hānis. xij. vbi dicit² q̄d poterat vēdi
p trecentis denarijs (Et dari paupi
bus) nō dicebat h̄ iudas cōpatiens
paupibꝫ ut hetur ioh̄. xij. ſʒ qꝛ dole
bat ꝙ vnguentū non fuerat ſibi tra
ditū. ut eius p̄ciū ſibi retineret ꝛ fu
raretur (ſciens aūt ih̄s cogitationē)
ſcʒ malignā iude (Ait illis q̄d mole
ſti eſtis huic mulieri) .q.d. ſine cau
ſa. cuius ratio ſubdit² (Opus eī bo
nū opata ē in me nā pau. ſem. ha.
vobiſcū) q.d. ſemp poteſtis recupa
re ad faciendū illis elemoſinā (Me
aūt n̄ ſēp habebitis) ſʒ ↄtrariū vide
tur math̄. vltimo. vbi d̓t diſcipulis
ſuis Ecce vobiſcū ſum vſqꝫ ad ↄſum
macōnē ſeculi. ſʒ h̄ intelligit² de eē cū
hoībꝫ p grām ꝛ etiā ſacramētaliter
in ſacramēto altaris. ſʒ iſtis modis
nō poſſūt ſibi corpalia obſeq̄a exhi
beri. ſequit̃ (mittēs h̄ vnguētum in
corp9 meū ad ſepeliēdū me fecit) q̄ſi
diceret. in h̄ facto p̄figurabat ſepul
turā meā futuram de ꝓping̃. vn̄ ioh̄.
.xij. dicit̃ ꝙ p̄cepit ptē vnguēti ad
ſepulturā ſuā reſeruari. vn̄ credēduʒ
eſt ꝙ hec mulier h̄ fecit edocta a ſp̄ū
ſancto. ſequit² (Amē dico vobis vbi
cūqꝫ p̄dicatū fuerit h̄ euāgeliū ī toto
mundo) h̄ ē factū huius mulieris p
tinens ad euāgeliū xp̄i (dicetur ꝛ ꝙ

hoc fecit in memoriā eius) i. ad lau
dem eius recitabit̃ tāq̄ factū v̓tuo
ſum. ꝛ h̄ pꝫ adimpletū (Tūc abijt
vnus) Hic ↄñr deſcribi² vendicōis
xp̄i modus ꝛ ordo. ꝛ p̄mo quātum
ad tēpus cū dicitur (tūc) i. feria q̄rt̃
ta. qñ principes ſacerdotū fuerūt cō
gregati ad tractādū de morte xp̄i
ut dictum ē. (Abijt vn9 ex duodecī)
i. ex principalibꝫ xp̄i diſcipul̾ (qui
diceba² iudas ſcarioth) h̄ d̓r ad dif
ferentiā alteri9 iude q̄ fuit frat̃ iaco
bi minoris Et notandū ꝙ ſcarioth
ē nomen ville de q̄ erat oriūdus iu
das pditor. ꝓpter q̄d inde cognoīa
tur (Ad principes ſacerdotū) quos
audiebāt eſſe cōgregatos ad tractā
dū de morte xp̄i (Q̄d vul. m̄ da. ꝛ
ego vo. eū tra.) occulte. ſ. ꝛ ſīn ſtrepi
tu. ꝓpter q̄d mutauerūt ↄſiliū p̄di
ctum (At illi ↄſtituerūt ei) i. ex pa
cto firmit̃ pmiſert (.xxx. argēteos)
argēte9 nūm9 valebat decē nūmos
vſuales ꝛ p ↄñs .xxx. argentei va
lebant trecentos de nūmis vſuali
bus. ut pꝫ manifeſte ſi multiplicēt²
xxx. p decē. ꝛ ſic in vendicōne xp̄i re
cupauit valorem predicti vnguenti
(Et exinde querebat oportunitatē)
ſ. temporis ꝛ loci (Vt eum traderꝫ)
ſcilicet occulte. q̄d adimpleuit ī no
cte diei ſequentis. ut infra patebit
(Prima autē die azimoꝝ) Hic de
ſcribitur ipſi9 xp̄i venditi traditio.
vbi quatuor tangunt̃. Quia p̄io
premitti² paſchale cōuiuiū ad pro
ditoris reuocationē. Scd̓o inſtitu
itur eucariſtie ſacramentū ad fideli
um refectionem. ibi. Cenantibꝫ au
tem illis. Tercio predicitur diſcipu
lorum ſcandalum: ad ipſorum pre
nunciationem ibi. Tunc dixit illis
Quarto ſubiungitur xp̄riſti deſide
rium ad noſtram redemptionē ibi.
Tunc venit ihesus. dicit ergo ſic (Pri
ma aūt die azimoꝝ) iſta dies fuit fe
ria quinta q̄ erat vigilia paſche. in
q̄ immolaba² agn9 paſchal̾ ad ve
ſperā illi9 diei. que erāt dies q̄rta de
cima primi menſis. ꝛ tūc teneban²

veſci panibꝫ azimis vſqꝫ ad veſpe
ram vigeſime prime diei eiuſdē mē
ſis. ut hētur exo. xij. Aduertenduꝫ
tñ eſt ꝙ greci dicunt xp̄m cenaſſe
cū diſcipulis ſuis ante paſſionē ſu
am. xiij. die primi menſis: ita ꝙ an
ticipauit immolationē agni paſca
lis ꝑ vnā diē. q2 preuidebat ſe paſ
ſuꝝ in craſtinū qn̄ debebat agnus
immolari ſcd̄m legē. hoc aūt pro-
bant ex euan° iohis. xviij. vbi dr̄
ꝙ iudei ducentes xp̄m ad pilatum
nō intrauerūt pretoriū ut nō cōta
minarent̄ ſed ut mādGucarent paſ
ca. Ex quo ꝯcludūt ꝙ eadē die paſ
ſus eſt in q̄ immolabāt agnū paſ
calem. ſcȝ. xiiij. die menſis primi a
ꝑ ꝯñs die. xiij. cenauit cum apl̄is.
Ex quo vlteri9 ꝯcludunt ꝙ xp̄s cō
fecit corpus ſuū in pane fermenta
to. q2 iudei non vtebanᷓ azimis añ
veſperā. xiiij. diei. Ex quo vlterius
in tantā inſamiā prumpūt ꝙ dicūt
matheū. marcū ⁊ lucā falſū ſcripſiſ
ſe. q2 deſcribunt xp̄m cenaſſe cum
apl̄is prima die azimoꝝ. in q̄ ag-
nus paſchalis immolabat̄. ꝓpter
qđ dicunt vlteri9 ꝙ iohes qui ſcp̄-
ſit poſterior in hoc correxit eos. xiij.
ca. d. Ante diē feſtū paſche ⁊c̄. vbi
ꝯñr agit̄ quō lauit pedes diſcipulo
rum ſuoꝝ. ⁊ eadē nocte traditus ē.
Sed iſta ſūt falſa ⁊ erronea. Dicere
eī ꝙ in ſcriptuā canonica ſit aliq̄d
falſū eſt erroneū cum ſit tradita a
ſpūſancto ⁊ iteꝝ ſi ꝯcedant eſſe fal
ſa in aliquo loco ꝑ ꝯñs non p̄t ha
bere aliq̄d firmitatis in alijs locis
ut arguit aug9. in epl̄a ad ihero.
Itē ꝙ dicunt xp̄m ꝯfeciſſe in ferm̄
tato: hoc eſt ꝯ̄ Criſ. qui fuit doctor
grecus. q̄ dicit ſuper math. Aptiſſi
me dñs demrāuit. q2 a prin° circū
ciſionis ſue vſqꝫ ad diē paſche ext᷎
mū non erat ꝯ̄rius diuinarū legū.
In lege aūt precipiebat̄ ꝙ carnes
agni paſchalis comederent̄ cū pa-
nibꝫ azimis: ergo in illa cena vltīa
in q̄ ꝯfecit corpus ſuū erant panes
azimi. ⁊ ꝓpter hoc bene ſcribit ma
th. qui ſcribit prima die azimorū
⁊c̄. Qđ aūt arguunt de iohe q̄ dic̄
ꝙ iudei nō introierūt pretoriuꝫ: ne
impedirent̄ a manducacōe paſche
Dicendū ꝙ paſcha nō accipit̄ pro
agno paſchali q̄ fuerat īmolatus
nocte precedēti: ſed ꝓ azimis pani-
bus quibꝫ vtebant̄ ſeptē diebꝫ. ad
quoꝝ comeſtionē req̄rebat̄ ꝙ hō eſ
ſet mund9. Ad ſcd̄m qđ arguūt de
euan° iohis. xij. ante diē feſtū ⁊c̄.
Dicendū ꝙ. xv. dies mēſis primi
illa erat dies feſtiuitatꝭ paſchalis
q̄ tñ feſtiuitas incipiebat a veſpere
diei precedētis. ⁊ ꝓpter hoc illa eadē
die incipiebāt comedere azimos pa
nes in veſpe. ut pꝫ ex predictis. Ex
quo pꝫ ꝙ iohes non ꝯ̄dicit alijs. ſꝫ
magis ꝯuenit cū eis. Seq̄tur (Vbi
vis paremꝰ tibi comedere paſcha)
ſ. agnū paſchalē (At dixit iheſus.
ite in ciuitatē ad quendā) mathꝭ
hic loq̄tur gn̄aliter q2 xp̄s non ex
preſſit ibꝭ nomē illi9 ad quē debāt
ire: tñ dedit eis ſignū ꝑ qđ poterāt
determinate cognoſcere ꝭm ꝙ hētur
mar. xiiij. vbi dicit̄ ſic. occurret vo
bis hō lagenā aque baiulans. ſeq̄
mini eū. ⁊ quocūqꝫ ierit dicite dño
domus ⁊c̄ (Tps meū) ſcȝ patiendi
(ꝓpe ē. apud te facio paſcha cū diſ
cipulis meis) q. d. Prouide mihi de
loco ⁊ de cibo. Credit̄ ꝙ ille erat diſ
cipulus xp̄i: occulte tñ. Pꝫ etiā ꝙ
xp̄s ita paup erat ꝙ nec domiciliū
hebat. nec vnde poſſet cibū paſcha
lem emē. Seq̄tur (Veſpere aūt fcō)
q2 illa erat hora cōedendi agnū paſ
chalē (Diſcūbebat cū. xij. diſcipl̄is
ſuis) Ex q̄ pꝫ ꝙ quantū eāt in ſe re
uōbat ꝓditorē amore cū eēt vn9 ex
xij. ⁊ tñ illum nō reppulit a ꝯuiuio
agni paſchalꝭ liꝫ ei9 ꝓditio nō late
ret eū (Et edētibꝫ illis) Hic ſcdō re-
uōt ꝓditorē: dolore predicēdo coraꝫ
eo paſſionē ſuā q̄ debat eē diſcipu-
lis ſuis materia doloris ⁊ hꝰ eſt qđ
dicit (Amē dico vobis q2 vn9 vr̄m)
ſ. duodecim diſcipuloꝝ pricipaliū.
(me traditur9 eſt. Et ꝯtriſtati ſūt

valde. &c.) Non solū ꝑpter mortē ma
giſtri ſui futurā ↄtriſtati ſūt. ſꝫ qꝛ q̄
libet tiebat de ſe ne eſſꝫ ille q̄ d̄bebat
eū tradere. Propter qđ (ceperūt ſin
guli dicere. nūquid ego ſū dn̄e) q̄a
quilibet debet ſibi tiere de pctō futu
ro q̄ntumcūqꝫ ſit ſanctus (At ille rn̄
dens ait. q̄ intingit mecū in paraph
de hic me tradet (p hoc nō poterant
ꝑpendere q̄s eſſꝫ determinate qꝛ oēs
ↄmedebāt in eodē vaſe. in quo erāt
carnes agni paſcalis poſite (filius
quidē hoīs vadit) ad paſſionē ſcꝫ (ſi
cut ſcriptū eſt) de eo pſa. liij. vbi dr
ſic. tanq̄ ouis ad occiſionē ducet &c.
dan̄. ix. poſt ebdomadas. lxxij. occi
detur xp̄s. ⁊ in pluribꝫ alijs locis ſi
mile habet (Ve aūt) Hic reuocat p
ditorem tiore p̄dicendo ei penā dam
nationis ſue. d. (Ve aūt hoī illi per
quē filius hoīs tradet bonū erat ſi na
tus nō fuiſſꝫ hō ille) minus eīm malū
hic accipit p bono: minus autē ma
lum eſt nō eſſe ſimplr̄ q̄ eſſe dam-
nandū. qꝛ etſi nō ſit minus malū
ratione pene adinuicē que non pri
uat totū eſſe creatū. minus tn̄ malū
eſt rōne culpe mortalis q̄ inſepabi
liter adheret dānatis. ⁊ ipſa nō ſo-
lum p̄uat quoddā eſſe creatuꝫ ſicut
pena. ſed etiā priuat bonū infinitū
ſeu diuinū ꝑpter qđ eſſe miſeꝝ miſe
ria culpe mortalis eternaliter: hꝰ eſt
peius q̄ ſit nō eſſe ſimpliciter (Rn̄-
dit aūt iudas) Hic quarto reuocat
pditorē pudore. qꝛ illi oñdit ſuaꝫ p
ditionem cognoſcere. ⁊ hoc eſt qđ
dr (Rn̄dit aūt iudas q̄ tradidit euꝫ
nūquid ego ſum rabbi) ſi ei iudas
alijs de hoc q̄rentibus tacuiſſꝫ reddi
diſſet ſe eis ſuſpectū (At ille. tu dixi
ſti) ⁊ in hoc delictū ſuū alijs nō pub
licauit ſed ↄſciētie iude ſignificauit
ſe eius delictū ſcire. poterat eīm p hoc
verbū mentē iude ſic mouere quod
alios latebat (Cenātibus) Hic in-
ſtituitur eucharistie ſacramentū ad
dn̄ice paſſionis recordationē. Et di
uiditur ī tres ptes. qꝛ primo deſcri-
bitur huius ſacramēti inſtitutio Se

cundo p̄dicatur immortalis vite in
choatio ibi. dico autē vobis. Tercio
p vtroqꝫ reddit grāꝝactio ibi. Et
ymno dicto. Circa primū aduertē-
dum q̄ iſtud ſacramentū ſub dupli
ci ſpecie inſtitutū eſt ſcꝫ panis ⁊ vi
ni. qꝛ panis ↄuertit in corpus xp̄i.
et vinū in ſanguinē ⁊ iſte cōuerſio-
nes ſiūt ſepatim. qꝛ xp̄i ſāguis fuit
ſepatus a corpe vel a carne in paſſi
one. Hoc aūt ſacramentū vt dictuꝫ
eſt inſtitutuꝫ eſt quaſi qđdam mēo
riale illius paſſionis. ⁊ ideo cōſecra
tio carnis ⁊ ſāguinis ſit ſub ſpēbꝫ
diſtinctis. Conſiderandū etiā q̄ ſub
vtraqꝫ ſpē eſt totus xp̄s. qꝛ ſb ſpē
panis eſt tm̄ corpus ex vi cōuerſio
nis vel ſacramenti. ſāguis autem ⁊
aīa ⁊ d̄initas ſūt ibi ex ↄcomitātia
naturali ⁊ inſepabili. Siliꝛ ſb ſpē vi
ni ſāguis tm̄ eſt ibi ex vi ſacramēti
cetera aūt ex ↄcomitantia. ut diffu
ſius tractaꝰ. iiij. ſentē. dicit g̊ (Cenā
tibus aūt illis) i. poſtq̄ ↄmederant
carnes agni paſchał anteq̄ ſurge
rent de cena (Accepit ih̄s panē &c.)
qꝛ vbi terminat figura ibi dꝫ incipe
re veritas. agnus aūt paſchał erat
figura huius ſacramēti. ⁊ ideo inſti
tutum eſt poſt ↄmeſtionē agni (Et
bn̄dixit) In hoc dedit nobis exēplū
q̄ an̄ ſumptionē huius ſacramenti
debet mēs eleuai in deū (Ac fregit de
ditqꝫ diſcipulis ſuis) inter q̄s erat
iudas ut dicunt ſācti cōiter licet hy
larius dicat contrariū. rō aūt quare
xp̄s dedit ei corpus ſuū fuit qꝛ pctm̄
eius erat diſcipulis alijs occultum
⁊ ꝑpter hꝰ in ecc̄a obſeruat q̄ pctō
ri occulto euchariſtia nō negat (Et
ait accipite ⁊ ↄmedite. hꝰ eſt corpus
meū) ſi eīm verbū xp̄i tāte ē v̄tutis
q̄ fecit de nihilo oēm creaturā. nō ē
mirū ſi vnā creaturā ↄuertit in aliā
(Et accipiēs calicē) ſepatim ↄſecra
bat ſāguinē a corpe rōe p̄dcā (Gra
tias egit) eadem rōe ſicut in ↄſecra-
tione corpis dcm̄ eſt ſequiꝰ (Hic ē
ſanguis meus no. teſtamē.) id eſt
ad ↄfirmacōnē noui teſtamenti. qꝛ

ſicut vetus teſtamentū ꝯfirmatum
ē in ſanguine aīaliū immolatoꝝ.
ut hẽtur exo. xxiiij. ita nouū teſta-
mentū ſanguine xp̄i ꝯfirmatū ē. in
q̊ appaꝛet excellẽtia noui teſtamen
ti reſp cū veteris. ut arguit ap̄ls ad
hebre. ix (Qui ꝓ multis effundetur
in remiſſionē pctōꝝ) Dicit aūt pro
multis ꝙ ſāguis xp̄i ꝓ oībus effu
ſus fuit quantū ad ſufficiam. quā
tum aūt ad efficaciā n̄ fuit effuſus
ꝓ oībus (Dico aūt) Hic ꝯn̄r predi
cat eterne vite inchoatio ꝙ ꝑceptō
h9 ſacramenti dat vitā eternā ſm
q̊d dicit ſaluatoꝛ ioh. vi. Qui mā-
ducat meā carnē a bibit meū ſang
uinē hȝ vitam eternā. Dicit ḡ (Di
co aūt vobis non bibā āmodo) hoc
eſt ab hora q̄ inſtituit hoc ſacramē
tum (de hoc geniminine vitis) hoc ē
de vino q̊d generat in vite (vſqȝ in
diē illum quo illud bibā vobiſcuȝ
nouū) i. nouo modo. Hoc fuit im
pletū: qn̄ poſt reſurrectioneȝ ſuam
comedit a bibit cum ap̄lis ad decla
rationē ſue reſurrcōnis. ut habetur
luce vltimo. a tunc bibit nouo mō
ꝙ corp9 ſuum nō erat tūc paſſibile
a mortale: ſed glorioſuȝ non indi
gens cibo vel potu: ſȝ ſolū comedit
ad declarandū veritatē ſue reſurrcō
nis ut dictū eſt (In reḡ p̄ris mei)
i. ego tunc exn̄s in regno p̄ris mei
bibā vobiſcū modo predcō. licet eī̄
xp̄s fuerit beatus ex pte aīe ab in-
ſtanti ꝯcepcōis: ex pte tn̄ corporis
erat viatoꝛ a paſſibilis ante reſurre
ctionē ſuā: ſed ꝯpleta reſurrectione
fuit beatus in aīa a in corpore (Et
ymno dicto) Hic ꝯn̄r po² pro predi
ctis grārum actio. Dicit ḡ (Et ym
no) i. cantico diuine laudis (dcō)
pro ſacramenti inſtitucōe. a noue
vite denunciacōe. ſcȝ in loco illo v
bi iſta erāt facta (Exierūt in montē
oliueti) ħ eſt verſus montē oliueti
ꝙ locus ad quē xp̄s exījta in quo
fuit capt9 erat ſitus in pede montis
oliueti ut dictū eſt (Tunc dixit il-
lis) Hic predicat diſcipuloꝝ ſcāda

lum ad eoꝝ premunicōeȝ. a primo
predicat² in gn̄ali reſpectu oīm. ſcdō
in ſpāli reſpectu petri. ibi. Rn̄dens
aūt. Dicit igi² (Oēs vos ſcandaluȝ
patiemini) i. ruinaȝ in pctī̄ (In
me) i. recedētes a me: ꝓpter timorē
humanū (In iſta nocte) Futura ei
ꝯtingentia predicit eis certitudia-
liter a determiato tpe ut cognoſcāt
ipſū eſſe deū qui pōt talia cognoſce
re ꝓpria v̄tute (Scriptū eſt ei) zach.
xiij (Pcutiā paſtorē) i. xp̄m (a diſ
pergent oues) i. diſcipuli ex timo
re fugientes. Aduertendū tn̄ ꝙ za
cha. xiij. mutant verba: licet ſit ea
dem ſnīa. ꝙ ibi ponit ꝓphecia: ac ſi
ꝓpheta loq̄tur ad dn̄m. d. Pcutite
paſtorē ac̄. Hic aūt ponit ac ſi dn̄s
loquat dicens. Percutiā paſtoreȝ
ac̄. ꝙ idē eſt verbū dnī a ꝓphete: liȝ
diuerſimode. ꝙ ipſi9 dnī principa
liter: a ipſius ꝓphete inſtrumenta
liter (Poſtq̄ꝫ aūt reſurrexero) hoc
addit ad ꝯſolationē eoꝝ ut qui au
dita eius morte erant deſolati: au-
dita eius futura reſurrectione eēnt
aliq̄liter ꝯſolati (Precedā vos ī ga
lileā) Non ſolū ꝑmittit eis viſionē
ſuā in beatitudine a in loco multū
diſtanti: ſed in ꝓpinqua regione. ſ.
in galilea (Rn̄dens aūt) Hic ſpeci
aliter predicit ſcandalū petri (Rn̄
dens aūt petrus) ꝙ erat ceteris fer-
uentioꝛ (Ait illi. ſi oēs ſcandaliſati
fuerint in te ac̄) in hoc nō mētieba
tur. ꝙ ſic habebat in mente: ſȝ pre-
ſumptuoſe loq̄batur nō ꝯſiderans
debilitatē fragilitatis ſue. ꝓpt̄ q̊d
grauī9 ceteris ꝑmiſſus ē cadere. a
iterꝫ ꝙ futur9 erat paſtoꝛ ecce ut ex
ſuo caſu ſciret alijs ꝯdeſcēdere (Ait
illi ihs. Amen dico tibi. ꝙ anteq̄ꝫ
gall9 can. ter me nega) Mar. xiiij.
dr̄ expreſſius. anteq̄ꝫ gall9 bis vo-
cem dederit: ter me es negaturus.
Aug9. libro de ꝯcordia euangl̄aꝝ
d̄t ꝙ tercia negatio petri fuit īchoa
ta eē ante primū cantū galli. ante
q̄ꝫ tn̄ eēt ꝯſūmata gall9 cātauit. ꝙ
negatō ſm totalitatē ſuā accepta hȝ

aliquē tractum tpis. In hoc em̄ in
cluditur verbū illorū qui dicebant
petro. tu ex illis es. ⁊ argumentum
qđ adducebāt ex loquela eius ⁊ ne
gatio petri ſequēs. ⁊ ſic ptȝ ꝙ bene
potuit inchoai illa negatio an̄ꝙ gal
lus primo cātaret. ⁊ poſt ᵱminari.
Matheus ğ lucas ⁊ iohānes q̊ di⸗
cunt petꝝ ter negaſſe xp̄m ante pri
mū gallicantū. loquit̄ ſc̄do reſpe⸗
ctum ad negationis inchoationem
Marcus aūt q̊ dicit terciā negatōeȝ
petri eſſe poſt primū gallicantū. et
an̄ ſecundū loquit̄ ſc̄do reſpectum
ad negationis ↄſūmationē (Ait illi
petr9 ⁊ ſi oporteret ꝛc̄) petrus ⁊ alij
diſcipuli h̄ dicēdo nō dixerūt mēda⸗
cium qꝛ ſic cogitabāt fore. dixerunt
tn̄ falſū. qꝛ ↄtrariū accidit (Tūc venit
ih̄s) Hic ↄn̄r oñditur xp̄i deſideriuȝ
ad nrām redemptionē. qđ oñdit tri
pliciter xp̄s. Primo anxiando Secū
do orādo ibi. ⁊ pgreſſus puſillū Ter
cio pditori occurrēdo ibi. Ecce appro
pinq̄bit. Cir̄ p̄ᵐ aduertēdū ꝙ anxie
tas animi eſt paſſio cauſata ex ap
prehenſione magni mali de pximo ī
minētis impoſſibilis ad euadendū
xp̄s aūt videbat mortē acerbiſſimā
ſibi de pximo imminētem ⁊ nō eua
ſibilē. qꝛ ſciebat h̄ eſſe determinatū
a deo prē. a cuius determinatōe non
poterat declinare. cū nō poſſȝ peccare
iſta tn̄ veritas libertatē arbitrij nō
tollebat. igit̄ ex tali morte ſic immi
nente xp̄s hēbat materiaȝ maxime
anxietatis. Itē ps ſenſitiua nō alle
uiabatur a tali anxietate ex ↄtēpla⸗
tione diuine eſſentie ſeu pmptitudi
ne volūtatis q̄ erat in ſupiori pte a
nime. qꝛ diuina virtute ſiebat vt ex
ſupiori pte aīe nō fieret influentia
in inferiorē. vt ſic eſſȝ ibi dolor ptis
ſenſitiue maximus ad nrām redem
ptionē. Ex quo ğ ex tali anxietate
xp̄s nō fugiebat ſȝ magis venit ad
locū vbi pditoreȝ vēturum ſciebat.
oñditur deſideriū ad nrām redēptio⸗
nem. ⁊ h̄ eſt qđ dicit̄ hic (Tūc venit
ihesus cū illis) v̄ cū diſcipulis ſuis.

(In villaȝ que đr gethſemani) illa
em̄ villa erat ſita in pede mōtis oli⸗
ueti. ⁊ ꝓpter h̄ dicit̄ luce. xxij. ꝙ ve
nit in mōtem oliuaꝝ. In fine etiaȝ
illius ville erat quidā ortus ↄtēpla
tioni aptus. ⁊ illuc intrauit ih̄us vt
dicitur iohānis. xviij. ⁊ ē vltra tor
rēteȝ cedrō. ut đr ibidē. qui ⁊ vallis
ioſaphat ē int̄media inter mōtem
olíueti ⁊ ciuitatē ih̄rlm Torrēs āt ce⸗
drō currit p mediū illi9 vallis ⁊ ſic
patȝ ꝙ euangeliſte ↄcordāt de loco
licet ipſū diuiſimode noīent (Et dixit
diſcipulis ſuis ſedete h̄) h̄ dixᵗ octo
apl̄is qꝛ iudas nō erat ibi. ⁊ tres ſe
cum duxit. vn̄ ſeq̄tur (Et aſſūpto pe
tro ⁊ duobus filijs zebedei) iſti eniȝ
tres magis erāt familiares ipſi xp̄o
⁊ ad eius ſecreta magꝰ admittebā⸗
tur ꝙ alij. vō aūt tacta ē ſupra. xvij
(Cepit cōtriſtari ⁊ meſtus eſſe) hoc
fuit ad oñdendū veritatē hūane na
ture. Et ꝙ iſta triſticia fuerit maxia
ſubdit̄ (Triſtis eſt aīa mea vſqȝ ad
mortē) ⁊ poteſt li vſqȝ accipi dupl̄r
Vno mō intēſiue. qꝛ tātum intenſa
erat quātum poterat eſſe vt viſum
eſt. Alio mō extēſiue. quia durauit
vſqȝ ad horā mortis (Suſtinete hic
et vigilate mecū) tanꝙ amici ſpecia
les qui debent in anguſtijs amicis
aſſiſtere (Et pgreſſus) Hic oñditur
xp̄i deſiderium ad noſtrā redemptio
nem quia p orationē offerebat ſpi⸗
ritum deo patri p nobis. que quidē
oratio oñdiꝛ pfecta. p̄ᵒ qꝛ ſolitaria.
cū đt (Et pgreſſus puſillū) recedēs
aliquātulū a p̄dictis tribȝ apl̄is qꝛ
oratio eſt eleuatio mētis in deū. qđ
melius fit quādo hō eſt ſequeſtrat9
ab alijs. Secūdo quia humilis. qđ
notatur cum dicit̄ (pcidit in faciem
ſuam) Tercio quia deuota. cum dicit
(Pater mi) Quarta qꝛ recta qꝛ nō
voluit ↄtraire p̄deſtinationi diuine
quod notatur cum dicit̄ (Si poſſibi
le eſt trāſeat a me ꝛc̄) ſȝ volūtatem
ſuā ſupponit volūtati diuine. d. (Ve⸗
rū tn̄ nō ſic̄ ego volo ſȝ ſic̄ tu) Quīto
caritatiua. qꝛ ī agonia mortꝭ poſit9

dulciter ſuos diſcipulos viſitabat
Vn̄ ſeq̄tur (Et venit ad diſcipulos
ſuos ac̄. Et dixit petro) ſic. q. d. nō
oñdis tantū̄ feruorē̄ facto quantū̄
verbo. ſeq̄tur (Vigilate ⁊ orate: ut
nō intretis in temptationē̄) .i. ut n̄
ſupemini a temptacōe de ꝓximo im
minente: ſicut fuerūt poſtea ſupati
(Sp̄s quidē̄ promptus ē̄) Ad dicē̄
dū ſcꝫ ꝙ eſtis pati pro me mori ut
pꝫ ex precedētibus (Caro aūt infir-
ma) ad ſuſtinendū imminentē̄ tē̄
ptationē̄) Hoc aūt dixit xp̄s. qꝛ a
pl̄i dixerant ex magno ſp̄u. prius
mortē̄ ſubire q̄ꝫ ipſū negare. cuius
tn̄ ↄtrariū fecerūt impulſu carnali
(Iterꝫ ſcd̄ō abijt: ⁊ orauit ac̄) vbi
iterat orōem oñdens ꝙ orō debꝫ eē̄
ↄtinua Similiter iterat viſitationem
diſcipuloꝝ ſuorū. qꝛ opa caritatis
dn̄t eſſe ↄiuncta orōni (Et relictis
illis iterum abijt ⁊ orauit ac̄) Ter
orōem replicat: ſic̄ ter fuerat tēpta
tus. ut ſ̄ patuit. iiij. cap̄. ut liberet
nos p̄mo a malis preteritis ꝑ veniā̄
Scd̄ō a p̄ñtibꝫ ꝑ tutelā̄. Tercio a fu
turis ꝑ cautelā̄ (Tunc venit ad diſ
cipulos ſuos) ter diſcip̄los viſitat
ſic̄ ter orat rōe predcā̄ (Et dixᵗ ill̄)
q̄ſi ↄpatiens eis ꝓpter temptacōem
eis de ꝓximo imminentē̄ (Dormite
iā̄ ⁊ req̄eſcite) q. d. par poteritis h̄
facere (Ecce appropinq̄bt) Hic ter
cio oñditur xp̄i deſideriū ad nr̄ām
redēptionē̄. qꝛ nō ſolū ꝓditorem cū
turba venientē̄ expectauit: ſed etiā̄
occurrit eis. ut h̄etur ioh̄. xviij. Et
h̄ eſt q̄d dicit̄ hic (Ecce appropinq̄
bit hora) Poſtq̄ꝫ eī dixerat diſcipu
lis ſuis. dormite iā̄ ⁊ requieſcite ut
dictū eſt dimiſit eos aliq̄ntulū q̄eſ
cere poſtea cū ſciebat iudā̄ appropi
quantē̄: dixit eis. ſufficit. ut h̄etur
mar. xiiij. Et tūc euigilauit eos. d.
(Ecce appropinq̄bit hora ac̄. ſurgi
te eamus) obuiā̄ ſcꝫ iude ꝓditori.
(Adh̄ eo loquente) Hec eſt tercia
ꝑs principalis h⁹ capituli: vbi de
ſcribit̄ ipſi⁹ xp̄i traditi ↄprehenſio
vbi tria deſcribunt̄ ꝑ ordinē̄. Pri-
mū eſt ipſi⁹ iude fraudulentia. Se
cundū eſt xp̄i paciē̄a. ibi. Et ecce v
n⁹ Terciū diſcipuloꝝ ignauia. ibi.
Tūc diſcipuli. Circ̄ primū dicit ſic.
(Adh̄ eo loq̄nte) ſcꝫ xp̄ō cū diſcipu
lis ſuis (Ecce iudas vnus de duode
cim) .i. de p̄ncipalibꝫ xp̄i diſcipul̄.
(venit: ⁊ cū eo turba multa cū gla
dijs ac̄) Talē̄ aūt turbā̄ adduxit:
ne forte alij credētes i xp̄m ipſū vel
lent eripe. ſeq̄tur (Qui aūt tradidit
eū de. eis ſig. ac̄) Hoc aūt fecit: ne
loco xp̄i caperent iacobū minorē̄. q̄
erat ſimilis xp̄ō in facie. ꝓpt̄ q̄d dice-
bat̄ ſp̄aliter frater dn̄i. ſeq̄tur (Et
oſculatus ē̄ eū) in q̄ apparet maxia
xp̄i māſuetudo q̄ nō negauit oſcu-
lū ꝓditori ſuo (Dixitq̄ꝫ ei ih̄s. Amice
ad q̄d veniſti) q. d. tu oñdis amici
ciā̄ ſigno ⁊ agis ꝓdicōem facto. q̄d
pꝫ ex hoc q̄d ſeq̄tur (Tunc acceſſert̄
illi) ſcꝫ q̄ erāt in comitiua iude (Et
man⁹ iniecerūt in ih̄m) violentas
quantū erat ex ꝑte ipſoꝝ (et tenu
erūt eū) Nō n̄ eī voluit tentus ē̄ ⁊ nō
añ (Et ecce vn⁹) Hic deſcribit̄ ipſi⁹
xp̄i paciēa. ⁊ h̄ dupliciť. Primo fa
cto. ſcd̄ō verbo. ibi. in illa hora. Pa
ciā aūt ſ̄ facto oñdiᶻ in h̄ ꝙ diſcipu
los ſuos ꝓhibuit a defenſione ei⁹.
⁊ h̄ ē̄ q̄d diciᶻ (Et ecce vn⁹ ex hijs q̄
erat cū ih̄u) Iſte fuit petr⁹ ut h̄etur
ioh̄. xviij (Et extēdens manū exēit
gladiū ſuū) Hēbant eī duos gla-
dios ut h̄etur luc̄. xxij. q̄s credo fuiſ
ſe duos cultellos magnos quibus
vſi fuerāt in deciſione agni paſcha
lis (Et percutiens ſeruū prin. ſacer.
amput̄. auri. eius) quē̄ tn̄ ſanauit
xp̄s tactu ſuo. ut h̄etur luce. xxij. ⁊
in hoc adimpleuit xp̄s q̄d predixe
rat math̄. v. Bñfacite hijs q̄ oderᷣt
vos (Tunc ait illi ih̄s. cōuerte gla
diū tuū in locū ſuum) ꝓhibendo de
fenſionē̄ armoꝝ ⁊ ad h̄ inducit mul̄
tiplicē̄ rōem. Prima rō tangit̄ ibi.
(Omnes eī q̄ gladiū acceperīt gla
dio peribūt) Gladiū eī accipit qui
coutiᶻ ad vindictā ꝓpria auct̄e. ⁊ h̄
eſt illicitū. gladio autēꝫ vtitur ſibi

tradito qui eo vtit ad punicõz malo
rũ zelo iuſticie. ſic pncipes q̃ auctez
hñt a deo q2 i hoc pnceps miniſter
dei eſt. ut dicit paul9 apl's. ⁊ ſiliter
miniſtri ad h' a pncipibz cõſtituti.
Scđam rõz aſſignat cũ dicit (An pu
tas quia nõ poſſũ rogare patrẽ me
um) .q.d. p aliã viã poſſez euadere
ſi vellez (Et exhibebit mõ m̃ pluſq̃
.xij. legiones ãgeloꝝ) legio ãt vna
cõtinet ſexmilia ſecentos ſexagin
taſex. Aduertẽdũ tñ q2 xp̃s non di
cit hoc ꝓpter hoc q2 idigeret auxilio
angeloꝝ. ſed magis ecõuerſo ipi in
digẽt ſuo auxilio. ſ3 ut oñdat q2 plu
ribus modis poteãt euadere. Terciã
rationẽ aſſignat cũ dicit (Quõ ego
implebũt ſcripture) ſcripture ei di=
uinitus reuelate loquũt expreſſe de
paſſione xp̃i. ut patet pſa. liij. ⁊ da
nie. ix. ⁊ in pluribz alijs locis. q̃ nõ
implerẽt niſi xp̃s pateret. q8 ẽ in
cõueniens cũ ſint deriuate a prima
veritate. ꝓpter q8 ſubdi² (Quia ſic
oportet fieri) quia ex q̊ aliq̃d ẽ ſcđm
pdeſtinacõz a deo p̃dictũ. oportet il=
lud ipleri. ibi ei ẽ neceſſitas cõſeqñ
cie nõ tñ ɔſequẽtis. q2 dina p̄ordia
tio nõ tollit ɔtingẽtiã a rebus (In
illa hora) Hic oñditur xp̃i patiẽtia
verbo. q2 nõ ipatiẽter ſ3 rõnabiliter
allocutus ẽ turbã ipm ɔphendẽtem
(Tãq̃ ad latronẽ exiſtis cũ gladijs
⁊ fuſtib9 ɔphendere me) .q.d. ſine
cauſa feciſtis hoc. cui9 rõz aſſignat
dicẽs (Cotidie) .i. frequẽter (Apud
vos) .i. in loco in q̊ hẽtis ptãtez (Se=
debã) pacifice ⁊ ſine armis. q.d. tẽ
potuiſtis me ɔphendere. ſequi² (Ho
aũt totũ factũ eſt ut implerẽt ſcrip
ture ꝓphetar) q2 ſcriptũ erat de eo q2
tractaretur ſicut malefactor ⁊ latro
pſa. liij. Cũ ſceleratis reputatus eſt
(Tũc diſcipuli) Hic deſcribit diſci
puloꝝ xp̃i ignauia. Primo oĩm in
geneãli. cũ dici² (Tũc diſcipuli oẽs
relicto eo) .i. xp̃o magiſtro ſuo (fu=
gierunt) timore pſiti ⁊ dimiſerunt
magiſtrũ ſuũ ſicut latronẽ deduci.
ꝓpt q8 ſequit (At illi tenẽtes iħm

duxerũt eũ ad caypha) licet ei p̊mo
alij qui maiora obtulerunt.nō au=
tem de quātitate meriti eſſentialis
que conſiſtit in radice caritatis.que
quidē caritas eſt cauſa prima deuo
tionis Vnde nō dixit xp̄s.hec vidua
plus meruit ſed dixit plus omnibꝫ
miſit.

In capitulo.xiiij.vbi dr̄ in poſtil.
abba pater idem ſignificat ⁊c̄.

Additio.

Abba pater eſt ꝓpriū nomeñ
ſirum id eſt caldaicū a freq̄n
ter hēꝛ in trāſlatōe caldaica

Prohemiū eiuſdē ſup lucā incipit

Facies bouis a ſiniſtris
ipōꝝ quatuor.ſicut di=
ctum fuit ī pricipio euā
gelij ſcd̄m matheū.ezechi
eli ꝓphete in viſione ani
malis quatuor facies habentis de=
ſignatum fuit xp̄i euangeliū fore q̄
drifarie deſcribendū videlicet a ma=
theo in facie humana.a marco in fa
cie leonina.a luca in facie bouina a
a iohanne in facie aquilina.Et iō
in verbo ꝓpoſito circa euangeliū lu=
ce quatuor deſignanť.Primuꝫ eſt
elegantia ſtili.cum dicit facies.ma
teria libri.cū ſubdit bouis.ordo euā
gelij.cū dicitur a ſiniſtris p̄fixio nu
meri cuꝫ additur ipōrum quatuor.
Circa primū conſiderandū ꝙ facies
eſt elegantior a nobilior ps corpis
et ideo ꝯuenienter p faciem noticia
et elegantia ſcripture deſignatur.q̄
in euangelio luce ſpecialiter reperi=
tur.vt patet intuenti.Propter q̄d
dicit beatus iheronimus.Sermo au
tem luce tam in euangelio q̄ ī acti=
bus apoſtolorum cop̄ior eſt a ſecu
lari redolet eloquentia.ꝓpter q̄d de
hoc poteſt dici illud q̄d ſcribiť apo=
caľ.j.ca.facies eius ſicut ſol lucet ī
virtute ſua.qꝛ ſicut claritate ſolis re
fulget tota mūdi machina.ſic ex de
ſcriptione euangelij ſcd̄m lucam tam
elegāter tradita refulget a relucꝫ to
ta vniuerſalis eccleſia.Circa ſcd̄m cō
ſiderandū ꝙ licet lucas euāgeliſta
deſcribat totū decurſum euangelij.ī
cipiens a xp̄i miraculoſa ꝯceptione
ptranſiens p eius natiuitatē.cōuer
ſationem.mortē a reſurrectionē.ter
minans euangeliū in eius aſcenſio
ne.vt ſic ab eodē inciperet act⁹ apo
ſtolorum in quo terminauerat xp̄i
euangeliū.tamen eius principalis
intentō eſt circa xp̄i mortē a paſſio
nem deſcribendā.propter q̄d ipē lu
cas deſignatur ī facie bouis qui eſt
animal immolaticiū ſcd̄m traditōem
legis.ꝓpter q̄d ſuum euangeliū in
cepit a ſacerdotio zacharie ad q̄d of
ficium ſpectat immolare.Et iō ma=
teria principalis huius libri deſig=
natur in facie bouis.qꝛ ſicut dictum
eſt.lucas principaliter deſcribit ihe
ſum xp̄iſtum pro nobis immolatū
ꝓpter q̄d de hoc poteſt exponi quod
ſcribitur puerbioꝝ.xiiij.Vbi pluri
me ſunt ſegetes.ibi manifeſta eſt
fortitudo bouis.In euangelio eī lu
ce ꝯtinenť ſegetes plurime.videlicꝫ
dñi noſtri ihū xp̄i verba q̄ ſunt aīa
rum pabula ibi etiam maīfeſta eſt
fortitudo bouis.virtus eī fortitudis

eſt circa terribilia bone mortis· for
tis et impauidꝰ eſt circa bonā mor
tem· ut 8ꝛ· iij· eth· Mors aūt xp̄i n̄
ſolū fuit bōꝫ ſed etiā precioſiſſima·
fuit etiā circa maxime terribilia· ⁊
ideo virtus fortitudinis xp̄i hoīs
maxime apparuit in ipſa· Et qꝛ lu
cas pre ceterꝭ deſcribit hanc mortē
⁊ paſſionē ut dictū eſt ꝛ idō de huiꝰ
euangelij deſcripcōe ꝯuenienter dici
tur qꝛ ibi ē manifeſta fortitudo bo-
uis· qꝛ ibi maxime relucet fortitu-
do xp̄i hoīs ꝓ nobis immolati ad
modū bouis· Circa terciū ꝯſideran
dū qꝛ facies bouis erat tercia in ſitu
illius aīalis habentꝭ q̄tuor facies·
Facies ei hoīs erāt prima· qꝛ ī recto
aſpectu ꝓphete ſita· ⁊ ꝑ ꝯſequēs fa
cies leonis ſcd'a q̄ erat in dex̄ qꝛ ꝑs
dextra prior ē ſiniſtra ⁊ ſic facies bo
uis q̄ deſcribit in ſiniſtra ꝑte erat
tercia ꝑut in principio mathei fuit
plenꝰ declaratū ⁊ ſic inter q̄tuor
euangelia euāgeliū luce tenet ter
ciū locū· qđ notat cum dicit· a ſini
ſtris· In figura hꝰ dicit iudic· vij·
qꝛ gedeon hēbat in dextra tubā ⁊ in
ſiniſtra lampadē· Per gedeon vō ma
theus euangl'a pōt intelligi· qꝛ ge
deon interpretat circuiens in vtero
v̓ginali· ꝑ tubā vero in eius dextra
exn̄te intelligit euāgeliū marci qđ
eſt q̄ſi quidā rugitus leonis q̄ aſſi
milat ſono tube terribilis· Per lam
padē in ſiniſtra exn̄tem intelligit
euangeliū luce qđ ꝓcedit lucide et
clare Et idō de hac ſiniſtra pōt expo
ni qđ ſcribit ꝓuer· iij· In ſiniſtra
illiꝰ diuitie ⁊ gl'a· In euanᵒ em̄ lu
ce virtutū diuitie ꝯtinent actualit·
⁊ gl'a virtualit· qꝛ ꝑ exerciciū vir-
tutū acq̄ritur gl'a beatoꝝ· Circa q̄r
tum ꝯſiderandū qꝛ licet plures ſcri
pſerint euāgelia tn̄ q̄tuor ſunt ap
ꝓbata· ut dicit in ꝓlogo ſup math
⁊ hoc ꝓpter figurā ſacri oñſ ezechi
eli ꝓphete in aīali hn̄ti q̄tuor facies
Et in rota q̄tuor facies hn̄te ezech·
pri· Et iſte q̄ternariꝰ figuātus ē in
multꝭ quaternarijs ut declaratum

fuit diffuſiꝰ in principio euangelij
ſcḋm marcū· Et vltimo deſignat ma
nifeſte apoc· iiij· In q̄tuor aīalibꝫ
oculatꝭ ante ⁊ retro· qꝛ euangeliſte
reſpiciūt ad tp̄s preteritū ⁊ futurū
De quibꝫ aīalibꝫ ibidē ſubdit qꝛ re
quiē non hēbant die ac nocte dicen
tia· Scūs ſanctꝰ ſanctꝰ dn̄s deꝰ om
nipotēs· cui eſt honor ⁊ gl'a in ſecu
la ſeculoꝝ· Amen·

¶ Poſtilla eiuſdē ſup ꝓlogū ihero
nimi in idē euangeliū· incipit·

Lucas ſirus nacōe) Eu
angelio ſcḋm lucā btūs
iheronimꝰ ꝓlogū pre-
mittit· in q̄ primo exp̄
mit beati luce ꝯmenda
tionē· ſcḋo ſuā excuſationē· ibi· qꝛ a
legentibꝫ· Circa primuꝫ premittit
ꝯmendatō beati luce quantū ad eu
angeliū ab eo deſcriptū· ſcḋo quan
tum ad deſcriptionē actuū aploꝝ·
ibi· Cui lucas nō immerito ⁊c̄ Pri
ma diuidit in tres ꝑtes· qꝛ primo
oñditur luce ſcriptorꝭ autoritas·
Scḋo ſcribendi nc̄citas ſiue vtilitas
ibi· Qui cū iam eſſent ſcripta· Ter
cio ſcribendi modꝰ ſeu q̄litas· ibi·
Cui ioh· poſt bap· Circa primū de
clarat luce auc̄tas ex p̄ria cū dicit
(Lucas ſirus na) Fuit ei antiq̄tus
ſiria valde nobilis ꝓuincia· ⁊ a ciui
tate ꝓpria cū ſubdit (Anthiocenſ)
Fuit ei antiochia valde nobilis ci-
uitas a ſeleico rege aſie edificata ⁊
noīe p̄ris ſui denoīata arte medicꝰ
ut ex medicina corꝑali deſignaret
futurꝰ medicus ſp̄ūalis animarū·
(Diſcipulis aploꝝ) qꝛ ab ipſis di
dicit euangeliū· ſcḋm qꝛ ipſe dicit in
ꝓlogo ſui euangelij· ut patebit ⁊c̄
(Paulū ſecutꝰ) qꝛ fuit comes ī diu
diuꝰ ſue ꝑegrinacōis (Vſqꝫ ad con
feſſionē eius) ꝑ martiriū in vrbe ro
ma (Seruiens dn̄o) Fuit quantuꝫ
ad exerciciū boni (Sine crimine) q̄
tum ad euitationē mali· qꝛ vixit ſi
ne pc̄tō notabili ſaltē poſt ſuā con
uerſionē· qđ declarat ꝑ hoc qđ ſub
dit (Nā neqꝫ vxorē vnq̄ habens)

ex quo patet eius ↄtinentia (lxxiiij
annoꝝ obijt) In ꝓlogo ſup actꝰ a
poſtoloꝝ dr. lxxxiiij. annos etatis a
gens ⁊c. Et dicūt aliqui ꝙ iſtud cō
tingit vicio ſcriptoꝝ a pn̄cipio. ex q̄
alij libri ſequētes in h̄ ſunt deficien
tes. Alij dicunt ꝙ in ꝓlogo ſuper a
ctus apl'oꝝ ↄputantur omnes anni
ſue etatis. Hic vero ↄputantur tm̄
anni ↄuerſionis ſue ad fidē catholi
cam. Sed h̄ nō videt̄ ꝓbabilit̄ dictū
q2 hic dr ꝙ an̄ ↄuerſionem fuit arte
medicus. puer autē decē annoꝝ tm̄
non pōt illā artē ſcire a multominꝰ
exercere. ꝙ tn̄ optet dicere ſm̄ iſtos
(Plenus ſpū ſancto) ex quo ptꝫ eiꝰ
felix ↄſūmatio. (Qui cū iam eſſent
ſcripta) Hic ↄſequēter oñr ſue ſcri⸗
pture vtilitas ac etiā neceſſitas que
fuit duplex. Vna ꝓpter veros euāge
liſtas q̄ licet vera ſcripſiſſent. tn̄ ali
qua de xp̄o obmiſerant. q̄ꝝ noticia
eſt valde vtilis immo neceſſaria vt
de ↄceptione a natiuitate noſtri ſal
uatoris. a etiā ſui p̄curſoris que p
lucam fuerūt ſuppleta vt patebit in
fra. vt ſic quatuor euāgeliſte in de⸗
ſcribendo veritatē euāgelij concorda
rent a tn̄ ſinguli aliqua ꝓpria dice⸗
rent Secūda neceſſitas fuit propter
pſeudo euāgeliſtas. q̄ ſub nomie di
ſcipl'oꝝ xp̄i vtpote thome a mathie
ſcripſerunt euāgelia inſerētes here⸗
ſes. vt ſub noīe diſcipuloꝝ xp̄i faci⸗
lius ſeducerent ſimplices. q̄ꝝ falſi⸗
tas ex deſcꝑtione euāgelij luce dep̄⸗
henditur. ſicut a p alia euangelia a
matheo marco a iohanne deſcripta.
Hāc igit̄ ſentētiam. ponit h̄ ihero.
ſatis inuolute premittens ꝙ lucas
ſcꝑſit poſt matheū a marcū. cū dicͥ
(Qui iam cū eſſent ſcꝑta ⁊c.) (In a
chaie ptibꝫ) h̄ eſt in grecia (Signifi
cans a ipē in pn̄cipio) .i. in prologo
euāgelij ab eo deſcꝑti. vt patebit ī
fra. Conſeq̄nter ponit cām ſecundā
quare ſcꝑſit. ſ. ad excludendū here⸗
ſes cū dr (Cui extra) .i. p̄ter (Ea que
ordo euāgelice diſpoſitōis expoſcit)
.i. p̄ter illā cām ſcribendi illud euā⸗
gelīū q̄ fuit vt veritas euāgelij in q̄
tuor euāgelijs ordinarētur ꝓpt̄ mi
ſterium in ſcꝑtura ſacra multiplici
ter deſignatū. (Ea maxie neceſſitas
laboris) .ſ. luce ſcribētis (Fuit vt ela
boraret q̄liter manifeſtata eſt hūa
nitas xp̄i dei) q2 eſt verus hō a verus
deus (Venturi in carnē oī ꝓphetatio
ne) q2 oīs ꝓphete de eius aduentu
ꝓphetauerūt ſcd̄m ꝙ dr act'. x. huic
oēs ꝓphete teſtimoniū phibēt (Pri
mum grecis fidelibꝫ) .ſ. eſſet manife
ſta dicta xp̄i hūanitas (Ne iudai⸗
cis fabulis attenti in ſolo legis deſi
derio tenerent̄) credentes eſſe ſalutē
in legis obſeruatōe (Ne vel heretic'
fabulis a ſtultis ſollicitatōibus ſe
ducti) Per pſeudo euāgeliſtas vel a
lios hereticos (Exciderent a v̄itate)
q̄a primi credentes de grecia erāt ī fi
de teneri. a iō indigebāt p euange⸗
lium luce qui greca lingua ſcꝑſit ī
fide ſolidari. Conſeq̄nter ihero. poīt
cauſam primā ſcribendi h̄ euange⸗
lium. ſ. vt ea q̄ omiſſa erāt ab alijs
ↄplerētur. a h̄ eſt qđ dicͥ (Dehinc
vt in pn̄cipio euāgelij iohā. ) .ſ. ba
ptiſte p̄curſoris dn̄i (Natiuitate p̄
ſumpta) .i. in pn̄cipio euāgelij luce
poſita (Indicaret cui euangeliū ſcri
beret) .ſ. theophilo ep̄o in h̄ ꝙ euan
geliū ſuū incepit a ſacerdotio (Et in
quo electꝰ ſcriberet) .i. in q̄ aīali ele
ctus eſt ad ſcribendū euangelium
.ſ. in figura bouis qđ eſt aīal immo
laticium (Conteſtās in ſe) .i. in euā
gelio ab eo deſcꝑto. Et bn̄ dicit ī ſe
et nō a ſe p hoc inſinuās ꝙ ſcꝑtura
ſui euāgelij eſſet deo attribnēda tā⸗
q̄ꝫ principali ſcriptori (Cōpleta eſſe
que ab alijs eſſent inchoata) licꝫ eī
mathꝰ de natiuitate ſaluatoīs ſcri
pſerit. non tamen ita ꝑfecte ſicut lu
cas. Matheus etiam a marcus ↄce
ptionē a natiuitatē p̄curſoris tacue
rant quā lucas exp̄ſſit a ī multis a
lijs dicta eoꝝ ↄpleuit (Cui iohā. ) h̄
oñr deſcribit̄ modus ſcribendi euā⸗
gelium luce ſeu qualitas. In deſcri
bendo eī xp̄i genealogiam. mathꝰ

inchoauit ab abrahā vſq; ad xp̄m
deſcribendo. Lucas aūt ordīe retro
grado inchoauit a xp̄o aſcendēdo ñ
ſolū vſq; ad abrahā: ſed etiā vſq;
ad deū ut patebit .ī. iij. c. Cꝯ rō fuit
ꝗ ſicut math. oñdebat modū q̄lit
deꝯ venit in mundū carnē aſſumen
do a prībus deſcēdentem. ita lucas
oñderet quō p benedictā xp̄i incar
natione reducim̄ in deū p verā fidē:
q̄ etiā fuit in prībus ve. teſta. licet
nō ita explicite ſic̄ eſt in fidelib; no
ui teſtamenti. Hanc aūt ſn̄am po
nit btūs ihero. multū intricate: ſed
ego accipiā verba eius non ſm or
dinē ſcripture ſed ſn̄e (Cui) ſc; lu=
ce (Ptās pmiſſa eſt) .i. ꝯceſſa (A p
fectiōe gn̄ationis in xp̄o implete)
.i. ſcribere pfecte genealogiā in xp̄o
impletā. ꝗ ibi terminat̄ oñdendo
(Et repetende a prin⁹ natiuitatis hu
mane) .i. retrogrado modo ſcribere
genealogiā predictā; in q̄ incepit
ab hūanitate xp̄i (Pꝯ baptiſmū fi
lij dei) ꝗ poſt baptiſmū xp̄i imme
diate ſcripſit genealogiā predictā
ut h̄etur .ī. iij. c. (Ideo) .i. ꝓpter cau
ſam q̄ ſtatī dicet̄ predicto modo de
ſcp̄ ſit genealogiā (Vt reqrentib;)
.i. ſcire deſiderantib; (Demrāret in
quo apphendens erat) .i. ipſū deum
in quo terminat genealogiā in cꝯ
apphenſione p aptam viſionē cōſi
ſtit btītudo (Introitu admiſſo ge=
nerationis in diſpōtis dei) .i. ipſiꝯ
xp̄i q̄ ſcd̄m deitatē eſt indiſp a prē
ꝗ ſic eſt ei equalis (Quē) xp̄um.
(ponit in introitu) .i. in principio
(gn̄ationis) .i. genealogie ab eo d
ſcripte (Recurrentē in deū) ꝗ ad ip
ſum terminat̄ ut dictū eſt) Per na
than filiū) Sicut ei matheꝯ ponit ſa
lomonē filiū dauid in genealogia
xp̄i ab eo deſcripta. ita lucas ponit
nathan filiū dauid duplici de cau
ſa. Vna eſt. ꝗ nathan dicit̄ fuiſſe
filiꝯ dauid adoptiuꝯ. nos aūt redu
cimur in deū p hoc ꝗ efficim̄ filij dei
adoptiui. et ideo lucas q̄ ſcribit ge
nealogiā aſcēdendo in deū deſcp̄ſit
eam p nathan filiū adoptiuū. Alia
cā eſt. ꝗ nathan interp̄tat̄ donū.
⁊ ideo figurat xp̄m q̄ eſt dei filiꝯ na
turalis. ⁊ p hoc ꝗ fuit nobis datꝯ
a prē efficimur filij dei adoptiui. ꝗ
p eū tanq̄ p mediatorē reducimur
in deū prēm. ideo ſubdit̄ (Vt predi
cans) ſc; ipſe lucas (Hoībus xp̄m
ſuū) ꝗ datus eſt hoībus a prē pro
eoꝝ ſalute (Opus pfecti hoīs) .i. cō
ditionē natuē humane in ſtatu in
nocētie q̄ fuit pfecta virtutib; ⁊ ſci
entijs (Recurrere in ſe) .i. redire in
dignitatē priſtinā a qua ceciderat
(Faceret p filiū) .i. p nathā figuā
tiue rōe predcā ſed p xp̄m effectiue
q̄ eſt dei filius ſm naturā diuinā ⁊
filius dauid ſcd̄m carnē (Qui per
dauid prēm venietib; in xp̄o) .i. deſ
cendētib; vſq; ad xp̄m p gn̄acōes
(Iter prebebat) .i. viā ⁊ modū vi
uendi vſq; ad xp̄m (Cui luce) Po
ſita ꝯmendacōe beati luce in ſcribē
do euangeliū. hic ꝯñr po² eius ꝯmē
datio in ſcribendo actꝯ aploꝝ cū d;
(Cui luce nō immerito) .i. nō irrō=
nabiliter: ſed ex magna rōe (Etiā
ſcribendoꝝ actuum aplorum ptās
in miſterio datur) ꝗ ſicut ſupradi
ctū eſt fuit diſcipulus aploꝝ ⁊ ſpe
ciali t̄ pauli. cuius fuit comes indi
uiduꝯ. ⁊ ſic vidit facta eiꝯ. de qui=
bus liber actu. aplorum p maiori
pte loq̄tur q̄ certius potuit ſcribere
tanq̄ viſa. In principio tñ illiꝯ li=
bri ſit mentio de xp̄i aſcenſione. et
mathie electione. ⁊ hoc eſt qđ dici
tur (Vt deo in deū pleno) Xp̄s aūt
dicit̄ deus in deo. ꝗ filius ſemp eſt
in prē quantū ad ipſā deitatē. q̄n
tum vō ad humanitatē fuit plene
cū deo prē qñ in humanitate glori
oſa aſſumptus ē ad dextrā patris.
de quo ſit mentō in principio libri
(Et filio pditionis extincto) .i. iu
da pditore. de cꝯ morte ibidē agit̄
añ electionē mathie (Oratione ab
ipſis apl̄is facta ſorte dn̄ice electō
nis nūs ꝯpleret) Quia in electiōe
mathie apl̄i premiſſa orōe dederūt

ſortes. et cecidit ſors ſup mathiā et
ſic ꝯpletus fuerit nūs apłoꝝ .xij. a
xp̄o electoꝝ de quoꝝ nūo iudas ce-
ciderat (Sicqꝫ paulus ꝯſūmationeꝫ
apłicis actibꝫ daret) qꝛ in actibꝫ eiꝰ
ille liber terminat̄ (Quē diu cōtra
ſtimulū recalcitrantē dn̄s elegiſſꝫ)
qꝛ dū pſequeret̄ xp̄m in mēbris ſu
is a xp̄o electus. vt habet̄ act̄. ix.
(Qꝫ a legētibus) poſt hūc ꝯmēda
tionem hic iheronimus ponit ſuam
excuſationē. de h̄ ꝙ ita breuiter trā
ſierat. qꝺ fecit ad vitandū pliritatē
et curioſitatē. et h̄ eſt qꝺ dicit (Qꝫ et
ſi) .i. q̄uis (Legētibꝫ ac requirētibꝫ
deū vtile fuerāt a nobis expedita) .i.
p nos enudeari (Per ſingula) .i. pti
culatim et plenius (Sciens tamē) .ſ.
ego ihero. (Qꝫ opantē agricolā) .i.
doctorē (Oportꝫ pri. de fruc. ſuis ede
re) .i. de doctrina ſua fructū ꝑcipere.
qꝺ fit qn̄ auditores pficiūt (Vitaui
mus publicā curioſitatē) (Ne non
videremur tā) .i. tantū (Demōſtra-
re) .i. plane oñdere (Deū) .i. veritatē
de diuis (Quā) .i. quantū (Faſtidi
entibus pdidiſſe) .i. ſcribere ad libi
tum et voluntatē curioſoꝝ. quia at-
tediantur in auditu vtilium. et ma
gis in ſubtilibꝫ et paruꝫ vtilibꝫ dele
ctantur. videt̄ tamen aliquibꝫ ſal-
ua reuerentia beati iheronimi ipſā
ſententiam que plane et lucide dici
poſſet verbis obſcuris et intricatis ob
umbraſſe.

¶ Prohemium beati Luce in euan
gelium ſuum incipit.

Q
uoniāquidem ⁊c̄. )
Hic incipit btūs Lu
cas ſcribere. et primo
ſuo euāgelio premit
tit ꝑfationem. Secun
do ſubiungit euāge-
lij narratione. ibi. Fuit in diebꝫ ihe
ro. In ꝑfatione ſua ponit duplicē
cauſā quare ſcripſit euangeliū. ſcꝫ
ad ꝯplendū aliqua q̄ a Matheo et
Marco fuerāt obmiſſa vel incōple-
ne dicta. et ad excludendū falſa que
ab hereticis ſub noīe diſcipulorum
ſcp̄ta fuerāt ſicut plenius dictū eſt
in plogo ihero. et hoc eſt qꝺ dicitur
(Quoniāquidem) .i. certe. (Multi
conati ſunt ordiā. narra. reꝝ) .i. ge-
ſtorum euangelicoꝝ. qꝛ ſicut dictuꝫ
eſt aliqui ſcripſerant vere; h̄ tamen
aliqua obmittēdo aliqui aūt falſe
hereſes inſerendo (Que ī no. cōple.
ſunt) id eſt in euangelio a nob̄ ſcri
pto. quia ꝯpleuit dicta eoꝝ qui vere
ſcripſerāt. et excluſit dicta eoꝝ q̄ fal
ſa inſeruerāt. (Sicut tra. nobis qui
ab ini. ipſi vide. ) .ſ. ipſi apoſtoli a
quibus didicit veritatē euangelij.
(Viſū et eſt mihi aſſecuto) .ſ. verita
tem euangelij modo p̄dicto (Omia
a pnci. dili. et or. t. ſcribere (Quia ī
cepit euangeliū ſuū a ꝯceptione p̄
curſoris et ſaluatoris. ꝙ autē dicit
oīa non eſt intelligendū ꝙ omnia
acta xp̄i ſcp̄ſerit. qꝛ totus mundus
non poſſet capere tantā ſcripturam
vt habet̄ ioh̄. xxj. ſed accipitur hic
oīa quia ſcp̄ſit de oīnibus neceſſa-
rijs quoꝝ noticia erat neceſſaia ad
ſalutē (Optime theophi.) Ex h̄ ver
bo dixerunt aliqui ꝙ iſte theophilꝰ
fuit vir potens et p̄nceps in achaia
quia paulus tali mō loquēdi vtit̄
ad feſtū act̄. xxvj. Nō inſanio op
time feſte. Sed illud motiuū nullū
videt̄. qꝛ talis modus loquēdi pro
prius eſt ad p̄latos qui alios debēt
excellere in bonitate vite. Item nō
eſt veriſimile ꝙ tantus euāgeliſta
obmiſſis ep̄is ad quoꝝ officiū ſpe
ctat euangeliū ſcire et de h̄ alios do-
cere ſcriberet pricipi ſeculari euāge-
lium Et ideo melius videt̄ dicendū
ꝙ fuerit ep̄s vt dictū eſt ſupra. et h̄
videtur p hoc ꝙ ſubdit̄ (Quibꝫ eru
ditus es ⁊c̄) dicit ergo optime theo
phile. nō ꝙ p ipſo ſolo ſcriberet ſed
quia ſcripturā ei dirigebat p ip̄ius
et omniū fideliū ſalute (Vt cogno-
ſcas) .ſ. plenius (Veritatē eorū ver
borum) ad fidē catholicam pertinen
tium (De quibus eruditus es ⁊c̄ )
non tamē ita pfecte ſicut poſt lectio
nem huius ſcripture.

## Capitulum Primum.

HVit in diebꝫ) Hic in
cipit lucas narratio
nē euangelij. Et di‑
uidit͛ in q̄tuor ptes
Qꝛ primo deſcribit͛
ſaluatoꝛ͛ ingreſſus
in mundū p ſuā incarnationē. Se
cundo eiꝰ pgreſſus p ſuā predicati
onē. iij. c. Tercō eiꝰ egreſſus de mū‑
do p ſuā paſſionē. xxij. c. Quarto
eiꝰ regreſſus ad prem p ſuā reſurre
ctionē a aſcenſionē. xxiiij. c. Prima
in. d. qꝛ primo deſcribit͛ precurſoꝛ͛
a ſaluatoꝛ͛ ↄceptus. Scdō vtriuſqꝫ
ortꝰ circa mediū hꝰ. c. ibi. Exur. āt
ma. Prima adhᵭ in. d. qꝛ primo de
ſcribi͛ ↄceptꝰ precurſoris. ſcdō ipſiꝰ
ſaluatoris. ibi. In menſe aūt. vi.
Cir͛ primū ↄceptꝰ precurſoris oñdi
tur mirabilis ex tribꝫ. Priō ex pn
tum ↄdicōe. Scdō ex angelica nun
ciacōe. ibi. Factū eſt aūt. Tercō ex
pris incredulī punicōe. ibi. Et dixt
zach. Circa primū in deſcribēdo cō
ditionē parentū beati iohis premitti
tur tps reg͛ ſub quo fuer͛t cū dicit͛
(Fuit in diebꝫ hero. reg͛ iudee ac̄)
Qꝛ iacob prīarcha ſpū pphetico di
xit gen̄. xlix. ſignū aduentus xpi.
qn̄ regnū iudee eēt tranſlatū ad ali
enigenā. ſm qꝫ dicit͛ ibidē. Nō au‑
feret͛ ſceptrū de iuda a dux de femo
re eiꝰ donec veniat q̄ mittendus ē ac̄
Iſte aūt herodes fuit alienigena.
qꝛ pater ſuꝰ fuit ydumeꝰ (Sacer. q̄
dā no. zach) Per expreſſionē noīs
intelligit͛ qꝫ iſte fuit famoſus in vi
ta a doctrina (De vice abia) ſcdꝫ qꝫ
dicit͛. i. paralipo. xxiiij. Dauid volēs
ampliare cultū dei ordinauit de. xxi
iij. generationibꝫ. xxiiij. ſacerdotes
qui ſucceſſiue ſeruirent p ebdōdas
in tēplo dn̄i. a octaua ſors cecidit
ſup abiā ut ibi dicit͛. de quo deſcē‑
dit iſte zacharias (Et vxor illiꝰ de
filiabꝫ aaron) Hoc exprimit͛ qꝛ pp
ter dignitatē ſacerdotalē ꝛ filie de
tribu aaron diligentiꝰ a honeſtiꝰ ſ

ſeruabant͛ (Et nomē eiꝰ elizabeth)
qᵭ nomen exprimit͛ ppter eiꝰ bonā
famā a vitā. ſicut dictū eſt de zach.
Vn̄ ſubdit͛ (Erant aūt iuſti ambo
an̄ deū) Hoc dicit͛ ad excludendū
ypocriſis fictionē (incedētes in omi
bus mandat͛) quantū ad ↄſeruāti
am moraliū preceptoꝝ (Et iuſtifi‑
cationibꝫ dn̄i) quantū ad obſeruā
tiā ceremonialiū (Sine q̄rela) quā
tū ad obſuantiā iudicialiū. qꝛ pa
cifice ad proximos ſe hēbant (Et nō
erat eis filius) Cuiꝰ duplex cā ſubdi
tur. Vna ſpālis mulieri ſcꝫ ſteriti‑
tas. Alia cōis viro a mulieri. ſcꝫ ſe
nectus. a hoc eſt qᵭ dicit͛ (Eo qꝫ eſ
ſet elizabeth ſteril͛ Et ābo pceſſiſ‑
ſent in diebꝫ ſuis) ita qꝫ tranſierat
tps gn̄andi in prē a cōcipiendi in
mrē ſm curſum cōem nature. Ex q̄
appet ↄceptio p̄curſoris miraculo
ſa. qꝛ nō fuit p naturā tm̄ ꝫ ſed p na
turā grā diuina adiutā (Factū eſt
aūt) Hic deſcribi͛ ↄceptio precurſo
ris mirabilis ex denunciacōe ange
lica. Et pmo deſcribit͛ cōditio loci.
ſcdō denūciatio angeli. ibi. Appa͛u
it aūt. Cir͛ primū dꝛ (Factū ē autē
cū ſacerdotio fungeret͛ ac̄.) Pri em̄
exn̄ti in loco ſcō ſcꝫ in tēplo a in di
uino officio occupato ꝫ fcā ē dīna de
nūciatio de ple hn̄da ad denotādū
ſcitatē future ꝓlis (Sorte exijt) Qꝛ
diſtribucōes ebdōdaꝝ in quibꝫ ſuc
ceſſiue hēbant xxiiij. ſacerdotes mi
niſtrare ut predictū eſt fuer͛t diſtri
bute p ſortē. ut hētur. i. pali. xxiiij.
(Vt incēſum poneret) Ex hoc loco
dixerūt aliq̄ qꝫ zacharias fuit pon‑
tifex vel ſummꝰ ſacerdos qꝛ incenſū
ponere ſel͛ in anno intra ſcūm ſcōꝝ
ſcꝫ in feſto expiacōis ſoli ſūmo ſa‑
cerdoti erat licitū. Et hoc videt͛ dice
re ambro. a beda ſup locū iſtum. a
tps cōceptionis precurſoꝛ͛ videtur
ↄcordare. qꝛ feſtū expiationis cele
brat͛ decima die ſeptembris. a pꝰ il
lud fuit ↄceptio beati iohis circa fi
nem eiuſdē menſis reuerſo zacha.
ad domū ſuā pꝰ ↄplecōē ſui officij

et ſic ab illo tp̄e vſqꝫ ad natiuitatē
beati iohānis fluxerūt nouē mēſes
qui ꝯtinent periodū a ꝯ̄ceptu pueri
vſqꝫ ad natiuitatē. Sed qualit̄ ille
zacharias fuerit ſūmus ſacerdos nō
legit̄. Ideo ad declarationē huius
dixerūt aliq̄ ꝙ .xxiiij. ſacerdotes p̄-
dicti erāt eq̄les in ordine et in digni-
tate. nō tñ ſil̄ ſꝫ ſucceſſiue. qꝛ ille in
cuius ebdomada feſtū expiationis
cadebat. erat ſūmus ſacerdos toto
illo anno. Et ad h̄ ꝯfirmandū īdu-
cunt illud qḋ dr̄ ioh̄. xi. ꝙ caiphas
erat pōtifex anni illius. Dicūt ergo
ꝙ zachaias fuit ſūmus ſacerdos an
no illo eo ꝙ p̄dictum feſtū cecidit ī
ebdomada ipſius: ſꝫ qꝛ nulla ſcp̄tu-
ra autentica neqꝫ ioſephus. neqꝫ a
lij hyſtoriographi deſcribētes ſac̄-
dotium iudeorū aliquā mentionem
faciūt de ſūmo ſacerdotio huiꝰ zacha
rie. Ideo ſaluo meliori iudicio videtur
melius dicendū eū ſimplicē ſacerdo
tem. Nec ex hijs q̄ inducta ſūt oñ-
ditur fuiſſe ſūmꝰ ſacerdos: ſꝫ magis
oppoſitū vt videtur. tñ qꝛ dr̄ h̄ ꝙ īgreſ
ſus fuit templū ad ponēdum incen
ſum tm̄. h̄ aūt licitū erat minoribꝫ
ſac̄dotibꝫ ſm̄ qḋ dicit heb̄. ix. In p̄-
mo quidā tabernaculo q̄tidie ītra
bant ſacerdotes ſacrificiorum miniſte
ria ꝯſumātes. qꝛ pacto ſac̄ficio ī al-
tari holocauſtorum qḋ erat in atrio v
bi miniſtrabāt minores ſac̄dotes.
Sac̄dos vero q̄ ibi miniſtrauerat lotis pꝰ
maībꝫ et pedibꝫ. accipiebat prunas
de altari holocauſtorum et intrās pri-
mam ptē templi q̄ vocabatur ſanctū
vel ſācta ꝯcremebat in illa ſup alta
re incēſi thimiama. et tūc erat ſacri
ficium ꝯſummatū. In illā vero ptē
tēpli que dicebat̄ ſanctūſanctorum
ſolus ſūmus ſacerdos intrabat cū
ſanguine hyrci et vituli īmolati pro
peccato ꝓpli vt ex illo aſpergeret cō
tra ꝓpiciatoriū. ꝙ aūt zacharias in
trauerat cū ſanguine tali nō dr̄ hic
ſed ſolū ad ponendū incēſum. Si eī
intraſſet templū ad inferendū ſan
guinem intra ſāctumſanctorum. non

eſt veriſile ꝙ euāgeliſta tacuiſſet. cū
hoc ſit maximū inter oīa que ad of
ficium ſūmi ſacerdotis ꝑtinebāt vt
habet̄ heb̄. ix. et leui. xvi. et ideo nō
videt̄ ꝙ intrauerit ſanctūſanctorū
qḋ erat de officio ſūmi ſac̄dotis: ſed
ſolā primā ptem tēpli ad quā ſim
plices ſacerdotes poterāt īgredi vt
dictū eſt. Itē angelus apparuit ipi
occupato in ſolēniori pte ſui officij
ꝓpter ſolemnitatē nūcij ꝙ nūciare
venerat. Hic autē dr̄ ꝙ apparuit ei
ſtans a dextris altaris incēſi. Illud
aūt altare nō erat intra ſanctūſan-
ctorum. ſm̄ qḋ dicit ihero. et oēs docto
res hebrei et catholici. excepto aug.
cuius dictū nō videt̄ in h̄ tenendum
tū qꝛ ꝯtrariat̄ dictis oīm aliorum quo
rum aliq̄ fuerūt valde experti in ſcri-
pturare. teſta. tū qꝛ textꝰ ſacre ſcri
pture videt̄ ꝯtrariū dicere exo. vlti.
et. xxx. vt ibidē plenius declaraui.
ꝙ aūt dicit̄ ſoli ſūmo ſacerdoti lici-
tum eſſe ponere incēſum intra ſan-
ctumſanctorum in die expiatōis. dicē
dum ꝙ verum eſt ſꝫ illud incēſum non
ponebat̄ ad offerendū ſꝫ vt nebulā
inde ꝯſurgens operiret oraculum qñ
pontifex aſpergebat ſanguinē hyr
ci et vituli ꝯtra oraculum vt habetur
leuiti. xvi. non autē habetur ex hoc
loco ꝙ zacharias poſuerit incēſum
iſto mō vtꝫ ex dictis: ſꝫ ſolū ꝙ poſue
rit incenſū. offerēs ipſum ſup altare
incēſi ad ꝯſūmationē ſacrificij. Qḋ
aūt dr̄ ꝙ expiationis dies cecidit ī
ebdomada ſua hoc non ꝓbatur. vt
patet ex dictis. Et dato ꝙ verū fue
rit: non tamen ex hoc ꝯ̄cluditur ꝙ
intrauerit ſanctūſanctorum ad po-
nendum incenſum quia preter illū
ingreſſum qui pertinebat ad ſum
mum pontificem tm̄. quotidie ītra
bant ſac̄dotes minores ad offerēdū
incenſum in altari incēſi vt p̄dictum
eſt. et hoc mō ingreſſus eſt zacha-
rias ī ebdomada ſui miniſterij. Re au
tem vlterius dicitur ꝙ de. xxiiij. ſacer
dotibus ille erat ſummus ſacerdos
vel pontifex p annū in cuiꝰ ebdōda

cādebat expiationis feſtū videtur
eſſe ficticiū. tum q in nulla ſcriptu
ra autētica hetur. tum q hetur in li
bris regū a palipo. p9 ordinationē
xxiiij. ſacerdotū. vn9 erat ſumm9 ſa
cerdos ſup eos nō ſolum vno anno
ſed p totā vitam ſuā a ita cōiter fa
ctum eſt vſq3 ad tps machabeorū
in quo greci ſup iudeos obtinuerīt
dominiū. a tunc ex cupiditate gre
coꝝ a ambitione iudeoꝝ aliqui fūt
amoti de ſacerdotio an̄ mortē a alij
inſtituti. ſicut pz. ij. macha. iiij. c.
de iaſone a menelao a liſimacho. a
xiiij. c. de alchimo. a eodē mō poſt-
ea factū eſt qn̄ romani ceperīt dn̄a
ri iudeis. q tunc erat venale ſacer-
dotiū. Vn̄ dicit ioſeph9 q cayphaſ
emit ſacerdotiū vni9 anni. Potuit
etiā eſſe q iudei inter ſe ordinaue-
runt ꝓpter iſtas cōtētiones a ambi
tiones q ſacerdotiū vni9 durāret tā
tum p annū Ad dictū vero ambro.
a bede dicendū q non loquunt aſ
ſertiue (Et oīs multitudo ꝓpli erat
orans foris hora incenſi) q nō erāt
licitū ingredi templū: ſed tm̄ atriū
(Apparuit) Hic cōn̄r deſcribi angē
li denūciatio. a premittit zacharie
ſtupefactio cū dicit (Et zacharias
turbatus eſt etiā) ſcz ex viſione an
geli inſolita. a ex fragilitate hūa
na iuxta angelicā ptātem. ſicut de
daniele legit danie. x. ꝓpter qd an
gelus cōſolatus fuit eū dicēs (Ne ti
meas zachaia) q̄ſi diceret. veni ad
cōſolationē tuā. Ideo ſubdit (Quo
niā exaudita eſt deprecatō tua) fre
quenter eī deprecatus fuerat de ad
uentu meſſie. et de hn̄da prole. Et
idō angelus vtrūq3 ſibi denunciat
dicēs (Et elizabeth vxor tua pariet
tibi filiū) Et dicit (tibi) h eſt ex te
tn̄ cū virtute nature fuit ibi virtus
grē ut predictū eſt. Angelus autē
loquens ioſeph de ptu marie: non
dixit pariet tibi: ſed pariet abſolu
te q ioſeph nihil coopatus eſt ibi
(Et vocabis nomē ei9 iohēm) Pre
noīatur ab angelo ꝓpter ſcitatē ei9
futurā a officij ꝓprietatē. Iohēs ei
interpretat in quo grā q iohānes
xp̄m manifeſtauit p quē grā a ve
ritas facta ē ut hetur ioh. i. (Et erit
tibi gaudiū) in mente interi9 (Et
exultatio) exteri9. Dicit em̄ exulta
tatio quaſi ex ſaltatio. a hoc ē ꝓpē:
qn̄ gaudiū eſt tantū interi9: q nō
pt bene cōtineri quin appareat exte
ri9 (Et multi in natiuitate ei9 gau
debūt) ſcdm q dicit. i. q in ortu ei9
cōgratulabant vicini. a nunc etiā
videm9 impletū q dies ſue natiui
tatis nō ſolum feſtiuat ab oībus
xp̄ianis: ſed etiā a ſarracenis a ali
quib3 alijs (Erit em̄ magnus corā
dn̄o) Vnde dicit ſaluator math. xi.
c. Inter natos mulieꝝ nō ſurrexit
maior iohe baptiſta (Et vinū a ſi
cerā) i. quemcūq3 potū inebriatiū
(Non bibit) Erat eī nazaren9. i. cō
ſecratus dn̄o p totā vitam ſuā. et
ideo ab oī inebriacōe abſtinuit. ſi
cut nazarei in veteri lege tpe ſepa-
tionis ſue. ut hetur nume. vi. c (Et
ſpiritu ſcō replebit) Ad purgatio
nem originalis pcti: a ad opatio
nē boni meritorij (Et multos fi. iſ-
ra. cōuertet ad dn̄m) i. ad xp̄m per
ſuā predicacōē (Et ipē precedet an̄
illū in ſpū a vtute helie) Primo ꝓp
ter ſilitudinē vite. q vterq3 vixit i
auſteritate vict9 a veſtit9. Scdō ꝓpt
ſilitudinē in veritate doctrine. q v
terq3 cōſtāter vitia redarguit etiā p
ſonaꝝ magnaꝝ. Tercio ꝓpt ſilitudi
nē officij. q ſicut helias precedet ad
uentū xp̄i ſecundū. ita iohēs primū
preceſſit (Vt cōuertat corda pa. in
fi) ſcz patꝝ ve. teſta. ad diſcipulos
xp̄i. q plures de ſacerdotib3 a ſeni
orib3 iudeoꝝ qui dicebant patres
ꝓpli cōuerſi fuerūt p ap̄los ad fidē
xp̄i (Et incredulos) ſcz illos q̄ pri9
fuerāt increduli (Ad prudentiā iu-
ſtoꝝ) q̄ prudētia non cōſiſtit in ope
rib3 legis ex quibus non iuſtificat
homo. ut hetur roma. iij. ſed in ope
rib3 fidei caritate formate a deuotio
nis (Pare dn̄o plebem perfectam)

p euangelij ſuſceptionē q2 neminē
ad pfectū duxerat lex. vt habet he
bre. vij. a ꝓpter h illa lex dr lex tio=
ris q2 impfectoꝝ eſt tiore pene retrē
hi a malis. Lex aūt euāgelica dicit
lex amoris q2 pfectoꝝ eſt retrahi a
malis amore boni. (Et dixit zach.)
Hic oñditur ↄceptio pcurſoris mi
rabilis ex punitōe incredulitatis in
prē. Et pmo po² dicta punitio. Se
cundo ſequēs ↄſolatio. ibi. Et factū
eſt. Circa primū ſciendū ꝙ zacha=
rias verbis angeli ñ credidit ꝙ oñ
duntverba eius cū dr (Vñ h ſciam)
a cauſa incredulitatis ſubdit (Ego
ſū ſenex a vxor mea pceſſit in diebꝫ
ſuis) .q.d. Tēpus generādi in me
trāſijt a in ea tēpus ↄcipiēdi (Et rñ
dens angelus) arguēdo eius incre=
dulitatē (Ego ſū gabriel) angelus
ſanctꝰ zelans p ſalute yſrahel vt hē
tur dañ. ix. (Qui aſto añ deū) licet
eñi angeli mittant in miniſteriuꝫ
p ſalute hoīm vt habet heb. j. tamē
non recedūt a ↄtēplatione dīna. Et
ſic dicunt ſibi aſtare p iugē ↄtem=
plationē. (Et miſſus ſū loq̄ ad te)
a hec tibi euāgelizare ex pte dei cu=
ius vitas non pōt impediri (Et eris
tacens) ꝓpt incredulitatē tuā. tum
q2 angelus dedit ſibi ſignuꝫ reſp cū.
futuri implendi. a penā rōne incre
dulitatis pterite. tot eñi ſigna veri
tatis ↄcurrebāt ꝙ zacharias nō po
tuit diſtredere abſqꝫ pctō q2 anglꝰ
apparuit ei in ſacro loco. a exñti in
miniſterio diuīo nūciabat etiaꝫ ea
q̄ ptinebāt ad ↄmunē hoīm ſalutē
a ad dei glīam. Ex quibꝫ debebat
zacharie ↄſtare ꝙ erat bonꝰ anglꝰ
a p ↄſequēs ꝙ erat veꝝ dictū eius.
cū mentiri nō poſſit. a in h peccauit
zacharias. q2 credēs ipm bonuꝫ an
gelū eſſe ex pdictis circūſtancijs. q̄
bus ↄcurrētibꝫ nō pmittit anglꝰ
ſathane vt trāſfiguret ſe in anglm
lucis. a tñ nō credidit verbo eius. et
in hoc peccauit ꝓpter qd punitꝰ fuit
(Et erat plebs expectās) quia nō
erat eis licitū intrare templū ſed a

trium tñ (Et mirabant ꝙ tarda=
ret) q2 oblatio incēſi nō requirebat
tātū tēpus (Et cognouerūt ꝙ viſio
nem vidiſſet) tñ neſciebāt qualem
ex h eñ ꝙ videbāt faciē eius mira=
biliter mutatā ex collocutione cum
anglo. a ipm loqui nō potentē cō
iecturabāt ipm habuiſſe viſionem
(Et ipē erat illis innuēs) .ſ. ſignis
viſibilibꝫ. q2 audibilibꝫ nō poterat
(Et factū eſt) Hic ↄñr po² zacharie
cōſolatio. nō inquantū ad loquele
reſtitutionē. ſed quantū ad filij ſibi
pmiſſi ↄceptionē cū dr (Et factum
eſt vt impleti ſūt dies officij eius a
bijt in domum ſuā) q2 tota ebdoma
da qua in tēplo miſtrabat ſacdos
ad h deputatus. in tēplo manebat
et nō exibat ad ꝓpria negocia intē=
tus ad diuīa. Et ex hoc inoleuit cō
ſuetudo apud religioſos ſācta a ho
neſta. ſ. ꝙ ille qui eſt ebdomadariꝰ
p totā ebdomadā manꝫ intra clau=
ſtrum nō exiens ad exteriora nego
cia intentus ad diuina quia in illo
tempoē medius eſt a ſequeſter int
ↄuentū a deū (Cōcepit elizabet vxor
eius a occultabat ſe mēſibꝫ quinqꝫ)
duplici de cauſa. Vna q2 licet de cō=
ceptu gauderet. tñ verecundabat a
liquantulū eo ꝙ iā tranſierat tēpꝰ
vacandi amplexibꝫ cauſa plis ge=
nerande. ſicut ſara dixit geñ. xviij.
ca. Poſtꝙ̄ ↄſenuia dñs meus vetu
lus eſt voluptati operā dabo. qua=
ſi diceret nō decet. Alia cauſa eſt q2
magis voluit certificari de euētu rei
anteꝙ̄ ꝓpalaret (In menſe aūt. vj)
deſcripto conceptu pcurſoris. Hic
conſequēter deſcribitur conceptus
ſaluatoris Circa qd primo ponitur
angelica ſalutatio. ſecūdo marie ↄſo
latio. ibi. Que cū audiſſet. Tercio
filij conceptio. ibi. Dixit aūt maria
Circa primū pmittit tps ſalutatō
nis cū dr) In mēſe aūt. vi.) .ſ. a cō=
ceptu pcurſoris. q2 fuit ↄceptus in
ſeptēbri circa finē menſis. ſaluator
aūt circa finē marcij Miſſus ē ange
lus gabriel) ꝙ āt h ponūr tot noīa

ꝑpria ſcʒ angeli miſſi virginis ad
quā mittebaẗ ſpōſi ſui. ⁊ loci. hoc
fuit ad oñdendū certitudinē hiſto
rie (Cui nomē nazareth) Hoc fuit
ut adimpleretẗ ꝓphecia yſa. xi. vbi
diciẗ Egredietẗ virga de radice yeſ
ſe: ⁊ flos de radice ei9 aſcendet. vbi
ſm veritatē hebraycā hẽtur. ⁊ naza
ren9 de radice ei9 aſcendet (Ad virgi
nē deſpon.) et hoc diuina ordinati
one multiplici rōne factū eſt: ut de
ſpōſaretẗ anteꝙ̄ impregnaretẗ. Et
accipiunẗ aliq̄ cauſe ex pte pueri.
aliq̄ ex pte mr̄is. aliq̄ ex pte nr̄ā.
Ex pte aūt pueri fuit ꝯueniens ip
ſum de virgine deſpōſata naſci: ne
ab infidelibꝫ tanꝙ̄ illegitime nat9
abijceretẗ ut dicit ambro. ſup lucā
Quid herodi. quid iudeis poſſit aſ
ſcribi: ſi natū ex adulterio viderenᷣ
pſequi. Scd̄o ut modo ꝯſueto ſcrip
turarū genealogia xp̄i deſcriberetẗ
p viꝝ. Tercio ut ptus virginis dy=
abolo celaretẗ. Quarto ut puer na
tus: a ioſeph nutriretẗ. vnde ⁊ patẗ
ei9 dict9 eſt qꝛ nutrici9 eius fuit Ex
pte vͦ matris accipiunẗ aliq̄ cāe.
Primo qꝛ p deſponſacōem fuit im
munis a pena lapidacōis: ne tan=
ꝙ̄ adultera calumniaretẗ a iudeis.
Scd̄o ut p hoc ab infamia liberareᷣ
Vnde dicit ambro. ſup lu. ꝙ deſpō
ſata ē ne temerata ṽgitatẗ adduce
tur infamia cū grauis alı9 corrup
tele videretẗ inſigne preferre Tercio
ut ṽgini a ioſeph exhiberetẗ miſte
riū ut dicit ihero. Itẽ ex pte nr̄ā ac
cipiunẗ cauſe. Primo qꝛ ex teſtio=
nio ioſeph ꝯprobatū eſt certi9 xp̄ꝫ
ex virgine natū Vnde dicit ambro.
ſup lucā. Locupletior teſtis pudo=
ris marit9 adhibeᷣ qui poſſet dolere
iniuriā ⁊ vindicaꝛ̄ opprobriū ſi nō
agnoſceret ſacrm̄. Scd̄o qꝛ p hoc ṽ
ba virgis virginitatē ſuā aſſerentẗ
magẗ credibilia reddunẗ. Vnde di
cit ambro. ſup lucā. Fides marie ṽ
bis magẗ aſſcribiᷣ ⁊ mendacij cau
ſa remouetẗ. Culpā em̄ obumbraꝛ̄
voluiſſe mendacio videretẗ innupta
pregnans. Cauſā aūt mentiēdi de
ſponſata nō habuit. cū ꝯiugij pre
miū ⁊ grā nuptiaꝝ ptus ſit femīa
rum. que quidē duo ptinēt ad nr̄e
fidei firmitatē. Tercio ut tolleretur
excuſaͦ virginibꝫ que ꝑpter incau
telā ſuam incurrūt infamiā. Vnde
ambro. ſup luc̄. Non decuit ṽgini
bus ſiniſtra opinione viuentibꝫ ve
lamen excuſationis relinq̄: ꝙ infa
mata ꝙ̄ matẗ dn̄i videretẗ. Quarto
p hoc deſignatẗ eccl̄ia q̄ cum ſit ṽgo:
deſponſata tn̄ eſt vni viro: ut dicit
augẗ. libro de ſcā virginitate. Qn̄
to qꝛ eo ꝙ mater dn̄i fuit deſponſa
ta ⁊ ṽgo in pſona. ipſi9 ſimul ṽgi
nitas ⁊ matẗmoniū honoranẗ ꝯtra
hereticos alteri iſtoꝝ detrahentes.
(De domo dauid) hoc exprimitẗ ad
oñdendū ꝙ xp̄s deſcendit de ſemīe
dauid ſicẗ fuerat p ꝓphetas predi=
ctū. Licet em̄ ioſeph nō fuerit patẗ
ſaluatorẗ: tn̄ virgo maria de q̄ xp̄s
carneꝫ aſſumpſit fuit de eadē tribu
cū ioſeph. Qđ pbatur p hoc ꝙ mu
lieres in hereditate pr̄na ſuccedētes
non poterāt ꝯtrahere matrimoniū
niſi cum viris ſue tribꝫ: ne fieret cō
fuſio ſortiū. ut hẽtur ex dn̄i ſenten
tia nume. xxxvi. Beata ṽgo maria
fuit vnica ioachim pr̄i ſuo ſuccedēſ
ei in hereditate Ex quo ſeq̄tur ꝙ ip
ſa ⁊ ioſeph cui deſpōſata fuit: erāt
de ead tribu ſcʒ dauid (Et ingreſſ9
angelus ad eā) Bernā. ſup miſſus
eſt dicēs. quo ingreſſus. in ſecreto
to cubiculo: vbi clauſo ſup ſe oſtio
orabat pr̄em in abſcondito. Si em̄
cōceptio precurſoris fuit denūciata
pr̄i occupato in ſacro officio ut pre
dictū ē: multo pbabilius ē ꝙ ꝯcep
tio ſaluatorẗ denūciata fuit ṽgini
in deuocōe ⁊ orōe actualiter exn̄ti.
(Aue grā plena) qđ expoᷣ ihero9.
in ſermone de aſſumpcōe. Et bene
plena. qꝛ ceteris p ptes pſtatẗ grā
marie vero tota ſimẗ ſe infūdit ple
nitudo gratie. Itē iſta grā non ſo=
lum impleuit ei9 mentē: ſed etiā vē
trē inq̄ntū ſingulari grā dei factū ē

vt conciperet ſaluatorē (Dn̄s tecū)
non tm̄ p eſſentiā potentiā ⁊ pſen-
tiam. q̄liter eſt in oībꝫ rebꝫ. nec ſo-
lū p grām eo mō quo eſt in ſcis ho
minibꝫ ſꝫ etiā p carnis aſſūptionē
qꝛ corp⁹ diuinitati vnitū fuit fōrmatum
de beate v̄ginis puriſſimis ſangui-
nibus ⁊ intra viſcera v̄ginis latuit
ix. mēſibꝫ (Bn̄dicta tu in mu.) i. p̄
omībꝫ mulieribuſ. i. oms mulieres
benedicent in te. ſicuta viri in filio
(Que cū audiſſet) Hic ōn̄r po². vir
ginis ɔſolatio de duobꝫ. Primo de
ɔceptione filij. Secūdo de mō ɔcipiē
di. ibi. dixit aūt maria ad angelū.
Circa primū ſciendū. qꝙ beata v̄go
ſolita erat videre anglos. ⁊ ideo de
apparitione angeli nō fuit ammiā
ta vel turbata: ſꝫ de ſalutatōe inſoli
ta. qꝛ nihil mirabilius eſt vere hu-
li qꝫ ſua exaltatio. ⁊ ideo cū beata v̄
go eſſet humilima. audiēs ſaluta-
tionē tāte excellētie turbata fuit n̄
turbatione incredulitat̄ ſic̄ zacha.
vt ſup̄ dictū eſt: ſꝫ turbatōe ammi
rationis. Ideo bn̄ d̄r (Turbata eſt
in ſermone eius) .ſ. angeli non aūt
in viſione (Et cogitabat qual̄ eſſet
iſta ſalutatio) qꝙ turbata fuit virgi
nalem verecundiā ac humilē oñdit
qꝙ aūt cogitauit de ſalutatōe. oñdāt
prudentiā marie. ⁊ iō angl̄s eā con
ſolat̄. d. (Ne timeas maria) de ſa-
lutatione inſolita. cuius cauſa ſub
ditur (Inueniſti em̄ grām apud de
um) non ſolū p te ſed p toto huma
no gn̄e. iō ſubdit̄. (Ecce ɔcipies in
vtero) qꝛ h̄ ɔceptio nō eſt facta per
aptionē clauſtri virginal̄: ſꝫ p v̄tu
tem ſpūſſancti intra vterꝫ virginis
corpus filij formātis (Et paries fi-
liū) virgo pmanēs in partu ſicut ⁊
in ɔceptu (Et vocabis nomen eius
ih̄m) nō dicit iponēs. qꝛ h̄ nomē fu
it impoſitū a deo prē. ſm q̄d fuerat
p̄dictū p yſai. ꝓphetā. lxij Vocabi²
tibi nomen nouū q̄d os dn̄i noīat.
Sed iſtud nomē fuit diuulgatū per
angl̄m ipi marie ⁊ ioſeph. ⁊ p eos
alijs. Nomē etiā impoſituꝫ eſt ſm

ꝓprietatē futurā qꝛ ſalus hūani ge
neris futura erat p xp̄m. ⁊ hoc eſt
q̄d dixit angl̄s ipi ioſeph math. j.
vocabis nomē eius ih̄m. Ipē ei ſal
uum faciet ppl̄m ſuū a peccat̄ eorꝫ.
Ih̄s em̄ ſalus interp̄tat̄ (Hic erit
magnus) Semp em̄ fuit magnus
deus. ſꝫ futurus erat magn⁹ homo
⁊ magn⁹ ꝓpheta. ſm q̄d d̄r luc. vij
ca. ꝓpheta magn⁹ ſurrexit in nobis
(Et filius altiſſimi vocabit̄) .i. ipſi
us dei qui ſolus eſt altiſſim⁹. hō ei
altus ē int̄ creatuās corpales: ſꝫ an
gel⁹ altior. de⁹ āt ſol⁹ altiſſi⁹ Iſta
etiā filiatio dei accipit̄ h̄ p naturā.
in oībꝫ aūt alijs quantūcūqꝫ ſāct̄
eſt tm̄ filiatio dei p adoptionē. (Et
dabit illi dn̄s deus ſedē dauid) ɔtra
riū videt̄ p h̄ q̄d habet̄ ihere. xij.
de iechonia rege iuda ſcribe iſtū vi-
rum ſterilem nec erit de ſemine ei⁹
qui ſedeat ſup thronū dauid. Vtā
aūt v̄go maria de q̄ natus eſt ih̄us
deſcendit de iechonia. vtꝫ mathei. j.
Quia ponit̄ in xp̄i genealogia. Di
cendū qꝙ ihere. loquit̄ de regno tpa
li ipſius dauid in quo null⁹ poſtea
regnauit de ſemine iechonie. qꝛ io-
hannes hyrcanus ⁊ aliq̄ alij q̄ re-
ſumpſerunt regium nomē in iudea
ante herodē aſcalonitā. nō fuerunt
de tribu regia ſꝫ de tribu ſacerdotali
xp̄s etiaꝫ qui deſcendit de iechonia
ſm carnē p virginē mariā. n̄ ſedit
ſup thronū dauid loquēdo de tpa-
li regno. immo iſtud negauit corā
pylato dicēs. regnū meuꝫ nō eſt de
hoc mūdo ioh̄. xviij. tamē in reſurre
ctione ſua accepit ptātem etiam in
quantū homo ſup omnē creaturaꝫ
ſm q̄d ipē dicit math. xxviij. Data
eſt mihi oīs ptās in celo ⁊ in terra
Inquantū em̄ deus non accepit ali
quam poteſtatem de nouo: ſiue in
tempore. Angelus autē hic loquit̄
de regno ſpūali ⁊ celeſti. q̄d figura
tum fuit p regnū dauid temporale
ſicut ⁊ celeſtis iheruſalē per tempo-
ralem. Vnde ⁊ ſubditur (Et regna-
bit in domo iacob in eternū) .i. ſup

electos De domo eni abrahā ⁊ yſa
ac aliq̄ fuerūt reprobati: ſicꝫ yſma
hel ⁊ eſau: ſʒ in domo iacob omnes
eiꝰ filij a ſanctis doctoribꝫ inter ele
ctos ſunt ↄputati. qꝛ ⁊ ſi aliq̄ pecca
uerūt: pñiam egerūt (Et regni eiꝰ
nō erit finis) Xp̄s ei non ſolū inq̄
tum deꝰ: ſed etiā inquantū hō reg-
nabit ineternū. nō ſolum ſup hoi-
nes: ſed etiā ſup angelos (Dixit āt
maria ad angelū) Hic ↄñr poꝰ ↄſo
lacō marie quantū ad modū ↄcipi
endi. Licet ei crederet firmiṫ verbū
angeli implendū de ↄcepcōe filij ꝓ
miſſi. qꝛ tñ angelus ad plenū nō
expreſſerat modū ↄcipiendi iō de hꝫ
queſiuit btā virgo dicēs (Quō fiet
iſtud) tanq̄ eni certa de fcō: querit
de mō fiendi. Cuiꝰ cā ſubdiꝰ (Qm̄
viꝝ nō cognoſco) i. nō cognoſcere
ꝓpono. Scdm ei q̄ dicunt doctores
catholici beata vgo anteq̄ deſpōſa
ref ioſeph habuit obſeruantiā vir
ginatis caſtitatꝭ in deſiderio: nō tñ
vouit expſſe: ſʒ cū poſtea dō ordinā
te eſſʒ ei deſponſata q̄ erat in ſimili
ꝓpoſito: ſimul emiſerūt votū (Et re
ſpondēs angelus) Ad declarandū
modū ↄcipiendi (dixit ei. Spūſſan-
ctus ſupueniet in te) i. nō ↄcipies
humano mō ſed diuino. qꝛ nō vir
tute ſeīs virilis: ſed virtute ſpūſſan
cti. Et bñ dixit. ſupueniet in te. qꝛ
prius venerat ſpūſſanctꝰ ſup virgi
nem adhuc in vtero mr̄is exñtem:
eā ab originali purgādo: ut cōius
dicꝭ. vel ſcdm alios a pc̄tō origia
li preſuando. Sed in ↄceptione filij
dei ſupuenit ſpūſſanctꝰ. i. iteꝝ veit
ad ↄferendū maiorem grē plenitu
dinē que nō ſolum ſāctificauit mē
tem: ſed etiā ventrē (Et virtus altiſ
ſimi) i. dei filiꝰ qui ē dei pr̄is ſapia
⁊ virtus. ut dr̄. i. ad choꝝ. i. ca (Ob
umbra. ti) qꝛ in beata vgine ſb vm
bra carnis latuit vtus deitatꝭ (Jdō
q̄ qđ naſceꝭ ex te ſanctū) Dicit ſā-
ctū abſolute abſqꝫ determinacōe.
qꝛ ſi dixiſſet ſcūs deus vel ſanctꝰ hō
vel aliq̄d ↄſimile: non expſſiſſʒ ſan

ctitatē eius cōplete. qꝛ in eo ē ſācti
tas diuina et hūana. ⁊ quicq̄d ſci
tatis pōt excogitari in quacūqꝫ cre
atura eminentiꝰ eſt in xp̄ō. ideo dicꝭ
ſcūm abſqꝫ determinacōe. Sicꝭ etiā
dn̄s dixit moyſi exo. iij Ego ſū qui
ſū. ſic dices filijs iſrꝭ. Qui ē miſit
me ad vos: ut p hoc oñderet q̄ plei
tudo eſſendi: immo infinitas ē ꝓpa
ipſiꝰ dei (Vocabiꝭ filiꝰ dei) nō adop-
tiuꝰ ſicut alij: ſʒ nālis. Et ad maio-
rem aſſertionē declꝭat angelus di-
ctū ſuum p exemplū cū ſubdiꝭ (Et
ecce elizabeth cognata tua cōcepit
filiū in ſenectute ſua) ut qui ſupra
naturā ↄceptū dederat ſterili: ↄatu-
rus crederef ⁊ virgini (Et hic men
ſis ē ſextus illi) ſcꝫ menſi in q̄ ipſa
ↄcepit (Que vocaꝭ ſterilis) Eiꝰ eni
ſterilitas a tanto tp̄e: iā erat nota
q̄ ſic vocabaꝭ. veruntñ qꝛ iſtud ex
emplū nō eſt vſqꝫ quaqꝫ pfectū. qꝛ
maius ē virginē ↄcipe q̄ ſterilem
Jdō angelus inducit rōnis effica-
ciā ex dei oīpotentia cū diciꝰ (Quia
nō erit impoſſibile apud deū oē ver
bū) i. factū. qꝛ dicere dei eſt facere.
ſm illud pſ. cxlviij. Dixit ⁊ facta
ſunt. quicq̄d ei ↄtradictionē nō im
plicat: totū ē dō poſſibile. cuiuſmo
di eſt vginē ↄcipere (Dixit autē ma
ria) Hic ↄñr ponꝭ filij dei cōceptio
qꝛ maia certificata de fcō ⁊ de mō fi
endi aſſenſit fide ⁊ deuocōe. ⁊ dicit
humiliter (Ecce ancilla dm̄) ſuper
qđ verbū dicit bernar. Que eſt tā
ſblimis humilitas q̄ cedere neſcit
honoribꝫ. inſoleſcē glꝭa neſcit. maꝭ
dei eligiꝭ ⁊ ancillā ſe nomiat (Fiat
mihi ſcdm verbū tuū) qđ ſtatim fa
ctū eſt. qꝛ virtute diuina ↄcepit fili
um (Et diſceſſit ab ea angelꝰ) pera
cto nuncio ⁊ filio dei ↄcepto (Jn di
ebꝫ illis) Poſtq̄ deſcp̄tus ē precur
ſoris ⁊ ſaluatorꝭ ↄceptus. Hic cōſe
quenꝭ deſcribiꝭ vtriuſqꝫ ortus. Et
primo precurſorꝭ. ſecūdo ſaluatorꝭ
ca. ij. Circa ortū precurſorꝭ premit
tunꝰ aliq̄ precedētia. Scdō aliq̄ ortū
ↄcomitātia. ibi. manſit aūt. Tercō

quedā ortū ꝯſequētia·ibi·Et factū
eſt die·viij·Circa pimū tria ponū
tur·pimū eſt exultatō naſcituri in
fantis·ſecundū eſt inſpiratio ma⸗
tris·ibi·Et repleta eſt·tercio decan
tatio v̓ginis·ibi·Et ait maria·Mi
rabilis aūt exultatio pueri naſcitu
ri fuit ꝓpter p̄ſentiā dn̄i ſui in vtero
virginali·⁊ iō p̄mittitᷣ aduentus
marie·cū dr·(Surgens aūt maia)
a quiete orōnis ⁊ deuotōis que eāt
p̄uia omnibꝫ opibus ſuis·(Abijt
in mōtana) qꝛ locus vbi manebat
zacharias eāt altioꝛ galilea a q̄ re
ceſſit maria (Cū feſtina) ut on̄deret
ꝙ v̓go nō debet morari in loco pub
lico·nec ibi ꝯtrahere colloquia (Et
ſalu·eliza) tū qꝛ erat huīlima·tū qꝛ
erat iunioꝛ·iō prius eā ſalutauit·⁊
qꝛ ad eius obſequiū venerat (Et fa
ctum eſt vt audi·ſalu·marie eliza·
exul·infans in vtero eius) Congau
dens ad p̄ntiam dn̄i·h̄ autē duobꝫ
modis potuit fieri ſm qꝺ dicit augꝰ
Vno mō ſic ꝙ iohānes nondū na⸗
tus cog̊ſceret p ſpm̄ſanctū dn̄m p̄n
tem in vtero v̓ginis·⁊ ſm h̄ oportꝫ
dicere ꝙ in eo fuit acceleratus vſus
rōnis·Alio mō ſic ꝙ iohānes non
cognoſceret p̄ntiam ſaluatoris ſed
mater eius q̄ h̄ebat vſū rōnis·Jlla
tn̄ motio pueri ⁊ exultatio facta eſt
a deo ad declarationē ſcitatis virgi⸗
nis ⁊ p̄lis in ea exn̄tis·Sicut de btō
francisco legitᷣ·ꝙ aues rōne caren
tes p̄dicationē eius attente audie
bant acſi v̓ba eius intelligerēt qꝺ
factū eſt a deo ad approbationē p⸗
dicationis viri ſancti·neutꝝ tn̄ mo
dū determinate aſſerit augꝰ ſꝫ dicit
ꝙ ſiue h̄ mō ſiue illo facta fuerit di
cta exultatio attribuēda tn̄ eſt diui
no miraculo·⁊ h̄ ſatis ptꝫ qꝛ nō po
terat fieri p naturā Aliqui aūt alij
expoſitores dicūt determiate·ꝙ fcā
fuit dicta exultatio p̄mo mō vn̄ di⸗
cit grecus expoſitoꝛ·ꝓpheta parēte
acutius videt·⁊ audit ſalutatꝙ p⸗
phetatū·Et ſubditᷣ ibidē ⁊ inſinua
uit grā q̄ nature ignota extiterant

reclusus v̓tre miles agnouit dn̄m
ac regē oriturū·v̓tris tegimine nō
obſtante miſtice viſioni·inſpexit
eīn nō palpebris ſꝫ ſpū (Et repleta
eſt) Hic ꝯn̄r deſcribitᷣ inſpiratō ma
tris q̄ oſn̄ditur·cū ſubdiꝛ (Et excla·
voce magna) iſta magnitudo ma⸗
gis intelligēda eſt rōne deuotōnis
interioris·q̄ꝫ ſoni exterioris (Bn̄di
cta tu inter mulie·)·i·ſup oīs mu
lieres·cuiꝰ ratio ſubdiꝛ (Et bn̄dic·
fruc·ven·tui) p h̄ eīn ꝙ ꝯcepat dei fi
lium ꝯtraxerat quodāmō infinita⸗
tem bonitatis inquantū mater eſt
filij bonitatis infinite·Angl̄s aūt
ſalutans virginē ſupra·nō dixit be
nedic·fruc·vē·tui·qꝛ v̓go nondū cō
ceperat filiū dei·ſꝫ poſtea cū ꝯſenſit
tūc ꝯcepit vt ſup̄ dictū eſt (Et vnde
h̄ mihi) Jſta enim nō poterat ſcire
elizabeth niſi p reuelationē ſpūſſan
cti (Exul·infans ⁊c̄) Jp̄a eīn eliza⸗
bet p ſpm̄ſanctū cog̊uit ꝙ illa exul
tatio fuit ꝓpt̓ p̄ntiam dn̄i in vtero v̓
ginali (Et btā q̄ credidiſti) qꝛ p aſ
ſenſum fidei ꝯcepit (Perficientᷣ ea q̄
dicta ſūt tibi a dn̄o) p angl̄m nun
ciantē ⁊ etiā p ſpm̄ſanctū mentē v̓
ginis illuſtrantē·⁊ eā immediate
docentē·(Et ait maria) Hic ꝯn̄r de
ſcribitur decantatio v̓ginis ⁊ p̄mit
titur titulus cātici·cum dr·(Et ait
maria) Hoc eīn canticū ſic intitula
tur·qꝛ canticū marie noīatur Et ſꝫ
ditᷣ ipſū canticū·(Magnificat ⁊c̄)
q·d·maia o elizabeth tu me mag̊fi
cas:ſed ego totū deo attribuēs ip̄m
magnifico in h̄ cātico·vbi p̄mo po
nitur modus cantici·ſecūdo ſubdiꝛ
cauſa cantandi·ibi·Quia reſpexit
Circa pimū declaratᷣ laus v̓ginis
tanꝙ̄ magna cū dr (Mag̊ficat) Se
cundo deuota·ibi (Aīa mea) nō tm̄
labia mea·Tercō vt debita cū dicitᷣ
(dn̄m) cui debetᷣ laus ⁊ honoꝛ Q̄rto
vt iocūda ibi·(Et exul·ſpi·meus)
Quinto vt recta·ibi·(Jn deo ſalu·
meo·) ⁊ dicit·(Jn deo) rōne creatō
nis (Salutari) rōe recreatōis (meo)
ratione aſſumpte hūanitatis qꝛ ſic

fuit ipſi9 virginis ⁊ non alterius.
(Qꝛ reſpexit) Hic ɔñr deſcribit cā
cantādi. ſcꝫ ꝺiña beneficia collata.
Et primo virgo recolit bñficia ſibi
collata ſingulariter Scdō beneficia
collata toti mundo gñaliter. ibi. ⁊
miſericordia ei9. Tercio bñficia col
lata ꝑplo iudeoꝝ ſpāliter. ibi. Suſ
cepit iſrl. Circa primū dicit (Qui
a reſpexit ⁊c̄) q. d. beata virgo. Ið̄
debeo magnificare ⁊ laudare dñm
(qꝛ reſpexit humilitatē ancille ſue)
qꝛ licet ex oībus virtutibꝫ fuerit di
ſpoſita ad ɔceptionē filij dei: ſpecia
liter tñ hoc fuit ex humilitate (Ec
ce em̄ ex hoc be. me di. om. ge) .i. iu
dei ⁊ gentiles. Ex omnibꝫ gñatio
nibꝫ aliq̄ ſunt ɔuerſi ad fidē qui cō
fitent iſtam virginē beatā. Hoc ec̄
pꝫ in ſarracenis. Vñ in alchorano
machometi dicit de maria virgīe di
xerūt angeli. O maria. de9 denūci
at tibi verbū ex ipſo. ⁊ erit nomen
eius ih̄s fili9 marie. Et alibi in eo
dem libro dixerūt angeli. O maria
de9 vtiqꝫ elegit te et purificauit te.
⁊ elegit te clarā ſup mulieres ſecu
loꝝ. ⁊ multa alia ibi dicunt ad lau
dē virginis (Qꝛ fecit mi. mag.) in
ſcificatiōe: ſed maxia in filij dei ɔce
pcōe (Qui potens eſt) Virtute em̄
potentie dei infinite facta ſūt h̄ (Et
ſanctū nomē eius) qꝛ quicq̄d ſcita
tis pōt cogitari: totū eminenti9 eſt
in eo (Et miſericordia ei9) Hic rco
lit btā virgo bñficia exhibita toti
mundo cū dicit (Et mīa eius) .i. be
neficiū incarnacōnis qđ ex mīa dei
factū eſt. Vnde petebat dauid. oñ
de nobis dñe miam tuā q. d. Oñdi
ſti potentiā tuā in creacōe mūdi de
nihilo. ⁊ ſapiam tuā in mundi gu
bernacōe ſic ordinata. ⁊ iuſticiā tu
am in pctōꝝ punicōe. ſicut in dilu
uio ⁊ ſubūſione zodome ⁊ gomorre
⁊ ideo oñde nobis dñe miam tuam
in filij tui incarnacōe (A ꝓgenie)
ſcꝫ iudeoꝝ. qꝛ ſicut dicit iohis. iiij.
ſalus ex iudeis ē. qꝛ incarnatio fcā
eſt in v̄gine iudea nacōe. ſed qꝛ bñ
ficiū incarnacōis ad totū mundū
diffundit. ideo ſubdit (In ꝓgeni
es) ſcꝫ oīm gentiū Veruntñ qꝛ licꝫ
beneficiū incarnacōis ſe extendat
ad oēs q̄ntū ad ſufficiā: nō tñ q̄ntū
ad efficaciā ſꝫ tm̄ ad iuſtos. iō ſub
di² (Timē. eū) ſcꝫ timore filiali ⁊ ca
ſto (Fecit potentiā in bra. ſuo) .i.
in filio ſuo q̇ vocatur brachiū dm̄.
yſa. liij. Brachiū dm̄ cui reuelatū
eſt (Diſpſit ſupbos) .i. legiſperitos
⁊ phariſeos qui fuerūt ſupbi (Mē
te cordis ſui) ſpernētes ɔſiliū dei ut
dicitur ꝉ. vij. ⁊ ipſi cum ceterꝭ iude
is. xlij. anno a paſſione xp̄i fuerūt
capti ⁊ captiuati p titū ⁊ veſpaſia
nū ⁊ p orbem diſpſi Et loq̇tur hic
v̄go de futuro p modū preteriti. ꝑp
ter certitudinē euentus ſue ꝑphcīe
(Depoſuit potētes de ſede) .i. iudēos
qui erant potētes in lege ⁊ ꝑphetis
dimittens eos ex ſuo demerito in ꝓ
fundo erroris. Scđm qđ dicit ad ro
ma. xi. Cecitas ɔtigit in iſrl (Et ex
altauit humiles) .i. gentiles humi
ter ⁊ deuote predicationē apoſtolo
rum ſuſcipientes. ⁊ iō ſubdit (Eſu
rientes impleuit bonis) qꝛ genti
les cū magno deſiderio qđ p eſuriē
deſignat verbū dei receperūt (Et di
uites dimi. ina) .i. legiſperitos di
uitijs ſcripturarū prius repletos:
dimiſit inanes p excecationē eorū
⁊ falſum intellectū ſcripturarum.
(Suſcepit iſrl puerꝝ ſuū) Hic reco
lit beata virgo beneficia exhibita
ꝑplo iudeoꝝ ſpāliter cum dici² (Suſ
cepit iſrahel puerꝝ ſuū) Quia deūs
accepit carnē puerilem de populo
iſrl. qđ fuit beneficium illi populo
collatū: maxime quantū ad creden
tes de ꝑplo illo (Recordatus miſe
ricordie ſue) Ad modū em̄ recordā
tis ſe habuit: qñ filiū ſuū patrib9
antiq̄s ꝓmiſſum in carne miſit. iō
ſubdit (Sicut locutus ē ad patres
noſtros) id ē ad patriarchas et ꝓ
phetas (Abrahā ⁊ ſemini ei9) ſcđꝫ
qꝛ dicit geñ. xxij. In ſeīe tuo bene
dicent oēs gentes terre (In ſcl̄a)

ꝙ caro hūana ꝑmanebit ēternali
ter deitati vnita (Māſit aūt ma.) h
ɔſtr deſcribunt ɔcomitātia ortū p̄=
curſoris. q̄ꝝ primū reſpicit v̓ginē
qꝺ notat. cū dr (Māſit aūt maria
cū illa) .i. cū elizabeth ꝑ cuius ɔſola
tione ⁊ obſeq̄o venerat (Quaſi t̄bꝫ
menſibꝫ) ⁊ ſic patet ꝙ manſit vſqꝫ
ad tēpus partus elizabeth. ꝙ in fi
ne ſexti mēſis nūciauit ſibi angel9
ɔceptionē elizabeth (Et reuerſa eſt
in domū ſuā) ɔpleto tn̄ prius ortu
p̄curſoris vt ɔmuniter dr. Vn̄ dicūt
aliq̄ ꝙ ipa recepit p̄curſorem et te=
nuit. aliq̄ tn̄ doctores vt theophil9
⁊ grecus dicūt. ꝙ imminēte partu
elizabeth receſſit. tū ꝙ virgines in
partu mulierꝝ nō ſolēt adeſſe. tū ꝙ
alie mulieres iā venerant ad partū
elizabeth. ⁊ iō obſequiū marie nō
eāt vltra ſibi neceſſariū qꝺ ꝑ alias
mulieres poterat fieri. Secundū re
ſpicit matrē p̄curſoris qꝺ notat cū
dicit (Elizabeth im. eſt tē. pa.) ſcꝫ
nouē menſiū (Et pe. fi.) ſicut ꝑ an=
q̄ a p̄ritis decepti fuerāt ut p̄dcū ē
Stabāt āt ōs noti e9 a lōge Cōtrīu

r.i.

videt ioh. xix. vbi dr (Stabat iuxta
crucē ihesu mater eius etc.) Respōdz
augꝰ q nō erat immediate iuxta illū
ꝓpter turbā ꝯprimentē. nec ita lon
ge quin poſſent eū videre. ideo pōt
dici fuiſſe longe a ꝓpe. diuſis reſpe-
ctibus (Et ecce vir) Hic deſcribitur de
uota xpi tumulatio q̄ fuit ſolēnis a
p̄ciosa. licet mors fuerit ignominio
ſa put de vtroq; fuerat ꝓphetizatū p
pſa. ſicut plenius fuit declaratū ma
thei. xxvij. (Decurio) .i. expns de cu-
ria .ſ. p̄ſidis vel imperatoris (Hic nō
ꝯſenſerat ꝯſilio a actibz eorū) .ſ. alio
rum iudeorū xpm pſequentiū. (Ab
arimathia) iſta eſt ciuitas q̄ vocata ē
ramatha de q̄ fuit helchana pat ſa
muelis. vt habet .j. regꝰ .j. (Qui et
ipſe expſpectabat regnū dei) nō tpa
le a terrenū: ſ; celeſte a eternū (hic
acceſſit ad pylatū) erat em̄ de curia
a ꝓpter hoc hebat maiorē acceſſū. (a
depoſitū inuoluit in ſindone) .i. pan
no lineo. a ex hoc ordinatū eſt q cor
pus xpi nō ꝯſecrat niſi ſup pannū
lineū (Et poſuit eū in monumēto ex
ciſo) .i. in vno lapide cō cauato ſcdm
quantitatē hōis. Ne ſi ex pluribz la-
pidibz eſſet factū poſſit dici a iudeis
q ſubfoſſum fuiſſet ſepulcrū. a cor-
pus inde ſublatū. (In quo nōdum
quiſq̄ poſitus fuerat) ne poſſ; dici q
ille q̄ prius ibi fuiſſet ſepultus ſurre
xiſſet a nō xps (Et dies erat pa-
ſceues.) .i. feria ſexta q̄ dr paſceues
.i. ꝑparatio. q tūc ꝑparaban a coq̄
bantur illa q̄ debebāt comedi ī ſab
bato ſcdm qd p̄cipit exo. xvj (Et ſab
batū illuceſcebat) q ſolēnitas ſab
bati incepit a veſpe p̄cedentis diei.
(Subſecute aūt ſūt mulieres.) q̄ erāt
xpō deuote vt viderēt monumētū q̄li
ter redire poſſent ad vngendū corpꝰ
xpi ibi poſitū (et reuertētes) .ſ. a mo
numēto (Parauerūt aromata) hoc fe
cerunt feria. vj. anteq̄ītraret ſolē-
nitas ſabbati q̄diu erat eis licitū
aliq̄d emere a pare (et ſabbato q̄dē ſi
luerūt) .i. ab opibz q̄euerunt (ſcdm
mādatū) .ſ. legꝰ qd hr exod. xx. ca.

# Capitulū Viceſimūquartū.

V(na autem ſabbati) Poſtq̄
euāgeliſta deſcripſit ingreſ
ſum xpi in mundū p ſuā in
carnationē. a eius pgreſſū p ſuam
p̄dicationem a egreſſū de mundo p
ſuā paſſionē Hic vltio deſcribit eiꝰ
regreſſū ad patrē p ſuā reſurrectio
nem a aſcenſionē. Et p̄mo deſcribi
tur eius reſurrectō Secūdo eius aſcē
ſio. ibi. Vos aūt ſedete in ciuitate.
Circa xpi reſurrectionē p̄mo deſcri-
bitur xpi reſuſcitati apparitio. ſcdō
reſurrectōis pbatio. ibi. Cōturbati
vo. Pria in tres q p̄o deſcribit xpi
apparicō facta mulieribz. ſcdō diſci
pulis itinerātibz. tercio oībz ſil exn
tibus p̄ter thomā ſecūda. ibi. Et ec
ce duo. tercia ibi. Dū aūt hec loq̄ren
Circa primū notat tps apparicōis
cum dr (Vna ſabbati) .i. prima die
poſt ſabbatū eo mō loquēdi q̄ dici
tur geñ. j Factū eſt veſpere a mane
dies vnus .i. primus vñ ibi ꝯſequē
ter ſubditur dies ſecūdus a tercius
a ſic de aliis (Valde diluculo) Con-
trariū videt marci. xvj. vbi dr. orto
iam ſole. Dicendū q duplex eſt or
tus ſolis. Vnus qñ apparet primo
lux eius .ſ. aurora. Alius qñ appet
ſol ſup terrā. Marcus autē loquit
de primo ortu non de ſecūdo. vel pōt
dici q quando mulieres receſſerūt
de domo erat valde diluculo vt dicit
hic lucas. ſed quando venerunt ad
ſepulcrū incipiebat apparere ſol ſu
pra terrā ſicut dicit marcus q locꝰ
ſepulcri erat extra ciuitatē iheruſa
lem. vt habetur ioh. xix. (Et inue-
nerunt lapidē reuolutū) q angelus
remouerat lapidem de hoſtio monu
menti. vt habet math. xxviij. (Et
ingreſſe) .ſ. locū monumēti. Quia
cuſtodes fugerāt timore angeli ap
parētis. vel iacebāt ſicut mortui (a
factū dū mēte ꝯſternate eſſent.) eo
q nō inueniſſent corpꝰ dñi in ſepul
cro (Et ecce duo viri) .i. angli appa
rentes in ſpē virorum. (Aſtiterunt

sec⁹ illas) Joh. xx. dicit q̄ erāt sedē
tes vn⁹ ad caput. ali⁹ ad pedes vbi
positū fuerat corpus ihū. Dicendū
q̄ qn̄ maria vidit sola: erāt sedētes
ut ibi dicit. sed qn̄ apparuerīt istis
mulieribꝫ pluribꝫ: stabant ut hic
dicit. facile em̄ est angelis sic appa
rentibꝫ mutari de sessione in statio
nē a ecōuso (Cū timerent autē ex
visione insolita: a declinarent vul
tum in terrā) ex verecūdia (Dixerūt
ad illas) ꝯsolando eas a instruēdo
de xp̄i resurrcōe. sm̄ q̄ xp̄us eis p̄n
tibus predixerat. ideo subdit (A re
cordate sunt verborꝫ ei⁹. Nunciaue
runt hec oīa illis vndecim) q̄r duo⁊
decim⁹ scꝫ iudas se suspenderat. Sꝫ
adhuc videt q̄ nō essent vndecim a
p̄li sed tm̄ decē. q̄r thomas erat ab
sens ut videt ioh. xx. Dicendum q̄
erat cū alijs qn̄ iste mulieres nūci
auerūt ut hic dicit a silr qn̄ duo
discipuli regressi de emaus narra⁊
bant q̄ viderāt. ut hetur. ī. eo dē. ca.
Sed tūc thomas discredēs discessit
ab alijs p aliqd spacium a tunc ve
nit ihs a stetit in medio discipłorꝫ
d. Pax vobis. absente thoma ut dr
ioh. xx. (Et visa sunt an̄ illos q̄i de
liramentū verba ista) i. fantastica
a nō vera (Petrus āt surgēs cucur
rit ad monumentū) a iohes cucur
rit cū eo ut hetur iohis. xx. vbi iste
cursus plem⁹ describit (Et procū⁊
bens) Joh. xx. dicit q̄ ipse intrauit
monumentū a vidit lintheamīa ac̄
Dicendū q̄ veniens ad ostiū mo⁊
numenti p̄mo inclinauit se ad vidē
dum ut hic dicit. postea ītrauit ad
certi⁹ cognoscendū veritatē (Et a⁊
biit mirās) i. cogitās de xp̄i resurr
ctione (Et ecce duo) Hic ꝯnr descri
bit apparitio facta duobꝫ discipulꝭ
itinerātibus Et primo describitur
ista appitio. scdō apparentꝭ cogni⁊
tio. ibi. Et factū est. Tercio cogni⁊
tionis relatio. ibi. Et resurgentes.
Circa primū dicit (Duo ex illis) s.
ex septuaginta discipulꝭ quorꝫ vn⁹
vocabat cleophas. ut. ī. hetur. ali⁹
dicit fuisse lucas euangła. ꝑpt qd
a nomen suū tacuit (Ibāt ipō die)
scꝫ die resurrectōis (in castellū qd
erat in spacio stadiorꝫ sexagita ab
ihrusalē) Sexagīta stadia faciūt vnā
leucā. Ex quo ptꝫ q̄ nō distabat a
ihrusalē p q̄tuor leucas integre: sꝫ
deficiūt. iiij. stadia (Et fcm̄ ē dū cō
fabularen̄) Nō dicit hic fabulai a
fabula: sed a for faris. q̄r nō loq̄bā
tur de vanis: sed de operibꝫ ihesu a
morte ei⁹ (Oculi aūt eorꝫ teneban
tur) q̄r incredulitas eorꝫ a dubietas
demerebat q̄ xp̄us cognitionē sui
corpis ab eis retardaret (Qui sunt
hij sermones) nō q̄rit ex ignorātia
sed ut eorꝫ rn̄sione incredulitas eo⁊
rum ꝯuenienti⁹ arguat (Tu solus
pegrin⁹ es in ihrusalē ac̄) ti solus
no facit exclusionē aliorꝫ pegnorū
cū multi valde pegrini de diuſis pti
bꝫ venissent ī ihrłm ad diē festū pas
che. ut hetur ioh. xij. sꝫ nōt exclusionē
cog̃tionis ab isto sic appenter: scilꝫ
noticia mortꝭ ihū. ut sit sēsus. cum
multi pegrini hijs diebꝫ venerāt in
ihrusalē: mirꝫ est q̄ tu sol⁹ int ali
os pegrinos ignores ea q̄ sunt nō
oībus alijs (Quibꝫ ille dixit. q̄) nō
q̄rit ex ignorātia sicut pri⁹ dictū ē
(De ihū naza. q̄ fuit vir ꝓpheta: po
tens in ope) scꝫ miāculorꝫ (a smo
ne) predicacōis a doctrine (Et quō
tradiderūt eū summi sacerdotes). q̄r
ꝓcurauerūt eius captionē a psua
serūt ꝑplis ut corā pilato peterent
ei⁹ crucifixionē a barrabe dimissiōē
ut hetur math. xxvij. (Nos autē
sperabam⁹ ac̄) q. d. Jam euanescit
spes nrā. Cu⁹ subdit cām (Et nunc su
p hec oīa tercia dies ē hodie) q̄ pre⁊
dixit se resurgē: a tn̄ adhuc nō appa⁊
ruit discipulꝭ: licet tercia dies sit p
pe finē sic dicit. ī. Aduespascit a in
clinata ē iā dies (Sꝫ etiā mulieēs q̄⁊
dā ex nr̄is terruerūt nos) nō de re⁊
surrcōe xp̄i quā nūciabāt: sꝫ de ab
lacōe corpis ei⁹ quā discipuli time
bāt: dicētes se et visionē angelorū
vidisse sꝫ discipłi nō credebāt plene

timentes ne tanq̄ mulieres defacti fuiſſent deluſe (⁊ abierūt quidā ex noſtris ad monumētū) .ſ. petrꝰ ⁊ iohānes vt ſupra dictū eſt (⁊ ita inuenerūt ſicut mulieres dixerūt) Non quantū ad viſionē angelorū ſeu auditionē verbox ab ipſis: ſed qꝛ inuenerūt ſepulcrū vacuū corpe ⁊ ſola lintheamina remāſiſſe. ideo ſubdit (Ipm vero nō inuenerūt. ⁊ ipē dixit ad eos) ex rñſione eorū arguens eos (O ſtulti) ꝑpter cecitatē intellectus (⁊ tardi corde) ꝑpter tarditatem affectus (ad credendum in oībꝫ que locuti ſunt ꝑphete) de xp̄i morte ⁊ reſurrectione. q̄s ſcripturās debebant intelligere. maxie qꝛ fuerant cū xp̄o qui diſcipulis de talibꝫ loquebaꝰ (Nōne oportuit pati xp̄ꝫ ⁊c̄) tū ꝑpt̄ patris p̄ordinationē. tū etiā ꝑpter xp̄i exaltationē. tū ꝑpter humanā redemptionē. tū ꝑpter ſcripturax impletionē. iō ſubdit (⁊ incipiens a moyſe ⁊ oībꝫ ꝑphetꝭ interp̄tabatur illꝭ in oībꝫ ſcp̄turis) Non qꝫ oēs ſcp̄turas q̄ de xp̄o ſūt explicaret. qꝛ in tā breui tp̄e nō fieret: ſꝫ explicauit quantū ſufficiebat ad ꝑpoſitū oñdendū. ⁊ iō ſi oībꝫ nō facit diſtributionē ꝑ ſingulis generū ſꝫ ꝑ gn̄ibꝫ ſingulox. ſicut dꝛ oīe animal fuit in archa noe qꝛ de qualibꝫ ſpē animaliū fuerīt ibi aliq̄ indiuidua. ⁊ ſic xp̄s in ꝑpoſito de lege ⁊ ꝑphetis ⁊ agiographis induxit aliq̄ teſtimonia. (⁊ ipē finxit ſe longius ire) Nō fuit ibi aliq̄ falſitas. qꝛ fuit talis fictio ad deſignandū veritatē .ſ. diſtantiā eius a cordibꝫ eorū ꝑpt̄ fidei defectū. Tales eī appitiones vt cōmunit̄ ſiūt ſm̄ diſpoſitionē intꝭorē illox q̄bꝫ ſiūt (⁊ coegerūt illū) .i. obnixe rogauerūt deſiderātes adħ audire illū (⁊ intrauit cū illꝭ) qꝛ per dictū deſideriū diſponebant̄ ad fidei cōplementū (⁊ factū eſt) ħ cōñr deſcribitur xp̄i appar̄etis cognitio cū dꝛ (Accepit panē ⁊ bn̄dixit ⁊ fregit ⁊ porrigebat illis) ſicut cōſueuerāt facē añ paſſionē. Sicut enī frāgebat panem ac ſi ſcindereꝰ cū cultello (⁊ apꝭ ſunt o. eo.) qꝛ volūtarie ſe eis oñdit in effigie q̄ erat cognoſcibilꝭ ab eis. ⁊ cū ħ cognouerūt eū ꝑ modū fractionis panis (⁊ ipē eua. ex ocu. eorum) oñdens qꝫ ħebat corpus glioſum q̄d ſubito pōt diſparere ꝑ dotē agilitatis (⁊ ſur. eadē hora regreſſi ſunt ihrlm) Quis enī iā eſſent tarde. vtꝫ ex p̄dictis. tñ ex fidei feruore ⁊ remoto iudeox tiore ſtatī regreſſi ſūt in ihrlm ad illos diſcipl̄os qui erāt incluſi ꝑpter metū iudeox vt ħetur iohā. xx. ad nunciandū eis xp̄i reſurrectionē. iō ſubdiꝰ (⁊ inuenerīt cōgregatos vndecim) adhuc thomas cēāt cū alijs (dicētes qꝛ ſurrexit dn̄s vere ⁊ apparuit ſimoni) qñ aūt iſta apparitio fuerit nō legit̄ exp̄ſſe ſed tūc credit̄ fuiſſe facta qñ petrus cucurrerat ad monumentū ⁊ viderat lintheamina poſita abijt mirans ſecum. q̄d factū fuerat vt dictū eſt ſ͞. (⁊ ipi narrabāt apparitionē eis factam) ꝑut deſcp̄ta eſt ꝑ ordinē. tñ nec iſtis nec alijs thomas credidit: ſꝫ ꝑ aliq̄d ſpaciū ab alijs diſceſſit. et tūc ipſo abſente facta eſt iſta apparitio q̄ ſequit̄ (Dū aūt hec loquerētur). Hic deſcribit̄ tercia apparitio facta oībꝫ p̄ter thomā. cū dꝛ. (Ih̄s ſtetit ī medio eorū) ſubito enī inter diſcipl̄os apparuit. qꝛ ad eos ianuis clauſis intrauit. vt habet̄ iohā. xx. (ego ſū). Nō res fantaſtica ſeu illuſio dyabolica (Cōturbati vero) Hic cōñr deſcribit̄ reſurrectōis ꝓbatio ꝑ ħ qꝫ oñdit ſe verē hoīem ⁊ verū deū. ⁊ ſm̄ humanitatē vere ſuſcitatum vt patebit ꝓſequēdo (eſtiabāt ſe ſpiritum videre). diuina enim ꝓuidentia permiſſi ſunt dubitare ad maiorem certificationem fidei de dominica reſurrectione. (Videte manus meas ⁊ pedes meos) ꝑ cicatrices clauorum ibi remanentes oſtēdit qꝫ erat idem corpus numero. (Palpate ⁊ videte) per hoc enim oſtendebatur corpus verum non fantaſticum. (Habetis hic aliquid

q̄d manducet) Ꝑ ɔmeſtionē ei oñ
dit ſe habere corp9 viuū aīa vegeta
tiua aīatum (Hec ſunt verba) Per
hoc ꝙ loq̄batur ſenſibilit᷑ a etiā rō
nabiliter reducēs ad memoriā que
eis dixerat añ mortē ſuā: oñt ſe ha
bere corp9 aīatum aīa ſenſitiua a in
tellectiua a eadē q̄ prius (Tūc ape
ruit illis ſenſū ut intelligerent ſcp
turas) Sicut p precedētia ꝓbauit ve
ritatē ſue reſurrcōis quantū ad hu
manitatē: ſic per hoc illam ꝓbauit
quantū ad deitatē. q2 illuīare men
tes ignorantiū intellcū ſacre ſcrip
ture a ſubito ē ipſi9 deitatis ꝓpriū. a
ideo ſubdit (Sic oportebit xp̄m pa
ti a reſurgē) Q2 ſicut ante paſſiōez
declarauit ſe eſſe verꝫ deū a hoīem ita
etiā poſt reſurrcōem ſuā. Reſurrcō
ei vera eſt eiuſdē in nūo iterato ſur
rectio (Et predicare in noīe e9 peni
tentiā a remiſſionē pctōꝝ in om̄es
gentes incipiētes ab iheroſolima)
Iheruſalē ei eſt in medio terre ha
bitabilis. q2 ē in quarto climate.
a iō ab illo loco ɔueniēter incepit
predicacō euāgelij ut p aplos xp̄i
alioſqꝫ diſcipulos circūquaqꝫ p or
bem diſpſos: in oēm terrā exiret ſo
n9 predicacōis eoꝝ ſm ꝙ fuerat p̄
dictū pſ. xviij. (Vos aūt teſtes eſ
tis hoꝝ) ſcꝫ ſupius deſcp̄toꝝ quan
tū ad xp̄i incarnacōꝫ. predicacōeꝫ.
paſſionē a reſurrcōeꝫ (Et ego mit
to) i. mittā de ꝓpinḡ (Promiſſum
pr̄is mei in vos) ſcꝫ ſpm̄ſanctū in ſi
gno viſibili. ad p̄dicandū ɔſtāter
vbiqꝫ veritatē euāgelij (Vos auteꝫ
ſedete in cītate) Poſtq̄ euangl'a de
ſcp̄ſit xp̄i reſurrcōm. hic vltimo de
ſcribit ei9 aſcenſionē. Cir̄ q̄d ſciend̄
ꝙ in die aſcenſionis xp̄s bis appa
ruit diſcipul' ſuis Primo in ciuita
te iheruſalē diſcipul' comedentibꝫ.
quā deſcribit lucas pleni9 act. i. c.
Et tunc dixit eis ꝙ non deſcēderent
ab iheroſolimis: ſed expectarent ꝓ
miſſum pr̄is. a h̄ repetit᷑ breuit' cuꝫ
d̄r (Vos aūt ſedete in ciuitate q̄ad
uſqꝫ induami virtute ex alto) q. d.

Nō eſtis ſufficiētes ad predicādū
ɔſtant' veritatē euangelij donec ɔfir
mati fuerit' p donū ſpūſſā. a tunc
precepit diſcipulis ut exirent de ci
uitate in montē oliueti: ut inde vi
derent eū aſcendentē in celū. a hoc ē
q̄d d̄r (Eduxit eos foās in bethani
am) i. verſus bethaniā q2 mōs oli
ueti ad quē exierūt ex iheruſalem ē
in via eundi verſus bethaniā. a be
thania ē ꝓpe montē oliueti ſita. et
ibi ſcdō apparuit diſcipul' in die aſ
cenſionis. q2 poſtq̄ apparuerat ill'
in ciuitate a dixerat ꝙ irent in mō
tem oliueti diſparuit ab illis. a cū
veniſſent ad montē oliueti iteꝝ eiſ
apparuit. Octo ei vicibꝫ alijs appa
ruerat p9 reſurrcōem ſuā. ut decla
tum ſuit math. xviij (Eleuat' ocul'
ad celū) vbi volebat aſcēdere (bene
dixit eis) i. diſcipul' ſuis. (Receſſit
ab eis) p̄ſētia corpali (Et fereba'in
celum) ꝓꝓo motu p dotē agilitatis
Nubes tñ a angeli apparuerūt ad
ei9 obſequiū. ut h̄r actu. i. (Et ipſi
adorātes) xp̄um aſcendentē: q̄ diu
potuert videre eū (Regreſſi ſunt in
ihrl'm) poſtq̄ p̄diderut ei9 aſpectū.
(Cū gaudio magno) q2 oīa miſte
ria erāt impleta in xp̄ō (Et erāt ſp
in tem. lau. ac̄) Theophil9 expoſi
tor refert hoc ad tps q̄d fuit int' aſ
cenſionē dn̄ia penthecoſtē. d. Q2 liꝫ
apl'i a alij xp̄i diſcipuli añ aſcenſio
nē xp̄i ſtarent incluſi ꝓpter metū iu
deoꝝ. Ex aſcēſione tñ ei9 ɔfortati exi
bant ad tēplū cā orōnis: liꝫ nondū
accepiſſent ſpm̄ſanctū in ſigno vi
ſibili. Alij aūt expoſitores refert h̄
ad tps p9 penthecoſtē. in quo apl'i
ſpūſcō ɔfortati abiecerūt a ſe metū
iudeoꝝ. Dicunt em̄ ꝙ apl'i ſtabant
in iheruſalem quaſi recluſi in orōe
poſiti quouſqꝫ reciperent grām ſpūſ
ſci eis a xp̄ō ꝓmiſſam. a h̄ videt' ma
gis ɔcordare ei q̄d dicit' actu. i. Tūc
reuerſi ſūt in iheruſaleꝫ a monte q̄
vocat' oliueti a c̄. Et ſequit'. Et cuꝫ
introiſſent ad cenaculū: aſcēdebāt
in ſupiora vbi manebāt petrus et

x. iij.

iohannes. ⁊c. ⁊ ſubditur poſt. Hij
omnes erāt pſeuerantes vnanimit̄
in oratione cum mulieribus ⁊ ma-
ria matre iheſu ⁊ fratribus eius: in
eodem loco receperunt ſpiritumſan
ctum in die penthecoſtes. vt habet̄
act. ij. ⁊ extunc rellicto timore iudeo
rum ꝯfitebant̄ ⁊ p̄dicabant publi
ce xp̄m ⁊ ibant cauſa deuotiois ad
templū ſm q̄d dicitur hic. (Et erāt
ſemper) id eſt ꝯmuniter vel freque̅
ter (In templo laudantes ⁊ benedi
centes deum) cui eſt honor ⁊ glia in
ſecula ſeculorum Amen.

¶ Poſtilla fratris nicolai de lira
ſuper lucam finit. Incipiunt ad
ditiones ſuper eundem.

¶ Luce in capitulo primo vbi dicit̄
in poſtilla. Ideo ſaluo meliori iudi
cio videtur melius dicendū eū fuiſ-
ſe ſimplicem ſacerdotem.

¶ Additio.

Sententia ambroſij et
bede videt̄ pbabilior
nō obſtantibꝫ hijs q̄
p poſtillatorē obijci-
untur. Ex hijs em̄ q̄
ab euāgeliſta tradū
tur in hoc loco ſatis oñditur zacha
riam fuiſſe ſummū ſacerdotē. Ad cu
ius euidentiā ſciendū. ꝙ incenſum
de quo euāgeliſta h̄ facit mentionē
nō debet intelligi de ꝯmuni incenſo
q̄d ī qualibet die bis ꝯcremebatur
in altari incenſi. vt habet̄ exo. xxx.
q̄d quidē incenſū etiā p ſimplicem
ſacerdotē adminiſtrabat̄. Sed ītel
ligendū eſt de īcenſo illo q̄d ſemel
in anno. ſ. ī feſto expiationis tm̄ p
ſummū ſacerdotē in ſancta ſanctoꝝ
adminiſtrabat̄. q̄d quidē incenſū
licet eſſꝫ eiuſdē ſpeciei cū alio cōmu
ni. tñ quantū ad eius adminiſtra
tionem ī templo. ⁊ ꝯmuni incenſo
differebat in multis. ⁊ ſpecialiter ī
tribus. Primo. ſ. ī h̄ ꝙ qñ ſūm9 ſa-
cerdos ī p̄dicta die illud incenſum
miſtrabat. nulli erat licitū eſſe ī ta
bernaculo. donec ſūmus ſacerdos ī
de egrederet̄. vt h̄et expſſe leui. xvij
vbi tractās quō ſūmus ſacdos in-
trare deberet in ſancta. ⁊ exponē ſu
per ignē aromata. ⁊ aſpgere ſāgui
nē ⁊ ſīlem h9 ſubdit. Nullus hoīm
ſit in tabernaculo qñ pontifex igre
ditur ſanctuariū ⁊c. donec egredia
tur. q̄d de alio incenſo quotidiano
minime legit̄. Et iō euāgeliſta no
tanter dixit ꝙ oīs multitudo popu
li erat orans foris hora incenſi. In
quo oñditur. ꝙ hora iſtius incenſi
oīs multitudo debebat eſſe foris. ſ.
extra tabernaculū ſeu templū. q̄d
ptinebat ī incenſo diei expiatōis
tm̄. Secundo qꝛ ī incēſu hui9 feſtiui
tatis erat ſingulare. ꝙ nullus admi
ſtraret rite niſi cū igne ab altarē ho
locauſti accepto alioq̄n pōtifex erāt
reus morte tpati. ꝑut de filijs aarō
nadab ⁊ abiu. leuit. x. legit̄. Et ide
eſt. ꝙ leuit̄ capitulo allegato vbi
de ſolemnitate feſti expiationis a-
gitur p̄mittit ibidē locutus eſt dñs
ad moyſen poſt mortē duoꝝ filioꝝ
aaron qñ offerētes ignē alienū in
terfecti ſūt ⁊c. q. d. ꝯminatorie ꝙ il
la q̄ ibi p̄cipiebant̄ oportebat ſuari
ne ꝯtigeret ipſi aaron ſicut ⁊ filijs
ſuis ſup̄dictis ī adminiſtratione incē
ſi. Et ꝯ. declarās. ꝙ iſtud piculū ſpe
cialiter erat referendū ad officiū p
priū incēſi illius feſti ſubiūgit. Aſ-
ſumptoq̄ꝫ thuribulo ꝙ de prunis al
taris ī pleuerāt ⁊ hauriēs manu thi
miama īcenſum ⁊c. Vapor opiat
oraculū q̄d eſt ſup teſtim̄. ⁊ ſuper
archā. ⁊ ñ moriat̄. Ex q̄ ꝑꝫ ꝙ ſū-
mus ſacdos ī officio huius īcenſi in
die expiatiōis erāt maxie aſtrictus
ad ceīmo alia ei9 rite celebranda
ſb pena ſubite mortꝭ tpat̄. ſic̄ de na
dab ⁊ abiu. Et iō hora ī q̄ iſt̄d īcen
ſum adminiſtrabat̄ ꝑpl's attēte aſpi
ciebat orādo deū p ſūmo ſacdote. ne
periclitaret̄ ī illo officio. vt ⁊ ipē cum
eis expiaret̄. Vñ notant̄ dicit euā
geliſta. Et oīs multitudo ꝑpli erat
orās foras hora incēſi. Nō em̄ ī cer
tis diebꝫ qñ bis ī die īcenſū ꝯcreme
bat̄ p ſimplicē ſacdotē. credendū ē

ꝙ oīs multitudo ꝓpłi cōueniſſet ad
orandū: eſſet enī valde onerosū. Si
militˀ notāter dicit euanglˀa hora ī
cenſi nō faciens mencōem de immo
lationibꝫ ⁊ diſtillationibꝫ ⁊ ceteris
officijs in illo celebrādis ꝓpter rō-
nem predictā. qꝛ in illo officio incē
ſi precipue ꝯſiſtebat ꝑdc̄m piculū
ſacdotale. Hoc idē pꝫ ex eo qđ dicitˀ
ī eo. ca. Et erat plebs ſpectans za
chariā ⁊ mirabantˀ ꝙ tardaret. nō
enī veriſimile videtur ꝙ plebs ſpe-
ctaſſꝫ ſimplicē ſacerdotē in officio ī
cenſi quotidianī qđ bis qualibꝫ die
adminiſtrabatˀ. Tercio qꝛ ſic̄ dicit
poſtillator hoc incenſū ſcꝫ feſti ex-
piacōis non exponebatˀ ꝑ modum
oblacōis: ſed ad adolendū ſic̄ quo
tidianū: ſꝫ ſolū ut nebula ꝯſurgēs
operiret oraculū. ut pꝫ leuitˀ. ca. alle
gato. qđ denōt euanglˀa cū dicit.
Vt incenſū poneret. non enī dixit.
incenſū offerret. ſicut ſapiē. ca. Sa
cerdotes dei incenſū offerent. nec ēc
dixit ut adoleret. ſicut exo. xxx. lo-
quens de quotidiano incēſu dicit.
Et adolebit incenſū ſup eo. aaron
ſuaue flagrās ⁊c̄. ſed tm̄ dixit. ut ī
cenſū poneret ut denōtet ꝙ hō incen
ſū nō adminiſtrabatˀ ꝑ modū ob-
lacōis ſeu ad adolendū: ſed tm̄ pōe
batˀ rōe predcā. Itˀ nōnter dixit eu
anglˀa. ut incenſū poneret ingˀſſus
in templū dn̄i ⁊c̄. In q̄ oñditˀ ꝙ po
ſitio hꝰ incenſi erat ſibi debita ex ī
greſſu tēpli dn̄i: non rōe ꝯſumptio
nis ſacrificij: ſed ad tuitionē ſacer-
dotˀ ſanguinē intra ſanctaſcōꝝ aſ
ꝑgentis hoc incenſū ponebatˀ. qđ
eſt ſingulaē in ſūmo ſacerdote ⁊ in
feſto expiacōis ut dictū ē. Ex quibꝫ
maīfeſte ptꝫ ꝙ officiū hꝰ incēſi de q̄
euāglˀa loq̄tur ꝑtinebat tm̄ ad ſū-
mū ſacerdotē. ad quē ſolū officiuꝫ
feſti expiacōis ꝑtinebat. ut leuiti-
ca. allegato. Idē pꝫ ꝑ hoc qđ hētur
eodē. ca. vbi ſic. Et factū eſt ut im
pleti ſūt dies officij eiꝰ: abijt in do
mū ſuā. ſingulare eī erat in ſūmis
ſacerdotibꝫ ut ꝑ ſeptē dies ante fe-
ſtū expiacōis ſepararentˀ a ꝓprijs do-
mibꝫ ⁊ hītarent in certˀ cenaculis
tēpli ut deo deuotiꝰ mancipparentˀ.
ut hētur expꝑſſe in talmud: in libro
q̄ intitulatˀ Ioraa. i. dies expiacōis
ſcꝫ vbi tractatˀ pricipalitˀ de hō feſto
Que quidē ſeꝑatio ſcḋm eos hꝫ fun
damentū. leuiti. xvi. vbi de ſūmo ſac̄
dote ad lrām tractās dicit. Et non
egrediatur de ſanctis. vbi hebrayi-
ca veritas hꝫ de ſcīuario. qđ intelli-
gitˀ de tp̄e celebracōis hꝰ feſti. de ce
terˀ aūt ſacerdotibꝫ nō legiˀ ſimile
Et ſic maīfeſte pꝫ ꝙ zacharias eāt
ſummꝰ ſacerdos eo ꝙ incēſum pone
bat in feſto expiacōis: q̄ poſitio ſo
li ſūmo ſacdoti ꝑtinebat. ⁊ ſic ſn̄a
ſcōrum ſcꝫ ambro. ⁊ bede ſunt vali
de. cui ꝯcordat mgr̄ hiſtoriaꝝ ⁊ ntˀ
tus ſcōrum doctorū oppoſitū aſſerē
videtˀ. Itˀ ⁊ in eccˀijs huiꝰ regionis
in officio matutinali ntītatis iohīs
baptiſte manifeſte legiˀ ꝙ hec poſi
tio incēſi fuit in die expiacōis. Eſt
etiaꝫ maxime cōſonum rationi. ꝙ
ꝯceptio precurſoris xp̄i q̄ ad dādū
ſciam ſalutis plebi in remiſſionem
pctōrum venerat: in die expiacōis
qui in memoriaꝫ remiſſionis pcti
agebatur fuiſſet annunciatus. et
dn̄r ꝯceptio xp̄i die immolationis
agni paſchalˀ qñ etiā xp̄s paſſus
ē annūciata fuiſſet. Cuꝫ eī annūcia
tio precurſorˀ fuit in die expiacōis
ſcꝫ. x. luna menſis ſeptimi. cuiꝰ ꝯce
ptio fuit per aliquos paucos dies
pꝰ: qñ ſcꝫ zacharias reuerſus fuit
ad domū ſuā. ſeq̄tur ꝙ ſextus men
ſis a dcā ꝯcepcōe finiretˀ in. xiiij. lu
na ꝑmi menſ: fere qñ agnꝰ īmola
batˀ. Vtꝝ aūt hec. xiiij. luna. cōcur-
riſſet cū. viij. kalˀ. aprilˀ: ꝓut mgr̄
hiſtoriaꝝ dicit vel nō. non ē multū
curādum. Nā ꝯputatio feſtiuitatū
in lege antiq̄ ſolū reſpiciebat men
ſes lunares Ad iḋ aūt qđ obijcit po
ſtillator de hō ꝙ nō fuit fcā mētio ꝙ
ingˀſſus eſſꝫ zacharias ni ad impo-
nendū tm̄ incēſum ⁊c̄. Dicēdū ꝙ qꝛ
in adminiſtracōne incēſi precipue

cõſiſtebat p̄icuлū ſūmi ſacerdotis
in illo feſto. qua rõne ⁊ multitudo
populi in illa hora ſpēaliter orabat
vt dictū eſt. Jdcirco de illo officio tm̄
mō fecit mentionē. nō aūt de aſper
ſione ſanguinis in qua ñ ↄſiſtebat
eodē mō p̄iculū tale. licet etiā credē
dum eſt ꝙ celebraſſꝫ aſperſionē ſā
guinis ⁊ feciſſꝫ oīa alia ad hui⁹ of⸗
ficium ꝑtinentia. que tm̄ euangeli⸗
ſta ꝑtermiſit. nō curās tractare ni
ſi de incēſu. in quo tp̄e pp̄ls orabat
⁊ angl's apparuit. Ad aliud qđ ob
ijcit de h' qđ dicit. Apparuit ei ange
lus ſtans a dextris altar' incēſi ⁊c̄.
Dicendū ꝙ poſito illud ꝙ illud al
tare nō ſit intra ſancta ſcõꝝ. ſed in
tra ſancta tm̄. Ex h' nō ſequit' ꝙ za
charias nō intraſſꝫ ſancta ſcõꝝ: ſed
ꝙ angl's apparuit ei ītra ſācta. Ad
aliud aūt qđ dicit. ꝙ illud incenſū
.ſ. feſti expiationis nō ponebat' ad
offerendū. ſed vt nebula ↄſurgens
operiret oraculū ⁊c̄. Dicendū ꝙ hoc
eſt verꝝ ſed magis facit cõtra eū. vt
dictū eſt. Ad hoc aūt qđ dicit vlte⸗
rius ꝙ p̄ter illū ingreſſū qđ ꝑtine
bat ad ſummū ſacerdotē tm̄ q̊tidie
intrabant ſacerdotes minores ⁊c̄.
Dicendū ꝙ verꝝ eſt ſꝫ zacha. ītrauit
vt ſūmus ſacerdos ad ponendū in
cenſum. ꝑtinēs ad diē expiatõnis.
vt iā dictū eſt. Ad aliud qđ dicit
ꝙ videt' eſſe ficticiū. vt ſūmus ſacer
dos eſſꝫ ille in cuius ebdomada ca⸗
debat expiationis feſtū ⁊c̄. Dicēdū
ꝙ verꝝ eſt h' nō eſſe autenticū: ſꝫ veri
tas huius nō requirit' ad veritatē
ſentētie ambroſij ⁊ bede ſup̄dicte: ſꝫ
tm̄ requiritur ꝙ eēnt ples ſacdotes
ſūl' ⁊ nō vnus tm̄: ꝙ etiā in templo
p̄mo poſſꝫ ↄcedi. Nā in illa ordina
tione quā fecit dauid de ſacdotibꝫ.
vt videt' .j. palip̄. xxiiij. ſatis patꝫ
Qꝛ ſadoch erat ſūmus ſacerdos int'
filios eleazar. ⁊ achimelech inter
filios ythamar. ⁊ ſic erāt duo ſum
mi ſacerdotes ⁊ põtifices licet poſtil
lator videt' diſſentire huic. Sꝫ quic⸗
q̊d ſit de tēplo p̄mo ſaltē in tēplo.

ſcđo p̄ſertim v̄ſus finē manifeſtē
patet ꝙ erāt ples ſūmi ſacdotes ſil'
Nā in paſſione xp̄i mar. c. xiiij. dr
ꝙ illi qui venerāt ad capiendū xp̄ꝫ
fuerāt miſſi a ſūmis ſacerdotibꝫ. et
ſic ptꝫ ꝙ ſil' ↄcurrebāt ples ſacerdo
tes in vnū. q̄ꝝ quilibꝫ poterat cele
brare in feſto expiatõis. Sed ad eli
gendū q̄s eoꝝ miſtraret ꝓuidebat'
p ſortē. qꝛ forte q̄libet ſtrahebat ſe
a celebratõne illius diei. timore p̄icu
li ſupradicti. vñ euangeliſta dicit.
Sorte exijt vt incenſū poneret. Nō
em̄ dixit vt ſacrificaret vel hui⁹ licet
eēnt p̄ncipalia in illo officio. ſed po
ſitionē incēſi ↄmemorat. vt īnueret
p̄iculū q̊ ab officio retrahebantur.
poſſet etiā illud verbū ſorte exijt vt
quidā dicunt referri ad primā ele
ctionem zacharie ī pontificatum q̄
forte p ſortem fuerat ⁊c̄.

¶ In eodē ca. vbi dr in poſtil. qꝛ fu
it ↄceptus in ſeptembris menſe.

¶ Additio.

Ut dictū eſt in p̄cedēti addi⸗
tione. p̄curſor cõceptus fuit
circa mediū menſis. vij. ⁊ p
ↄſequēs ſaluator circa mediū mēſ'
p̄mi loq̄ndo de mēſibꝫ lūaribꝫ q̄buſ
tunc feſta regulaban'.

¶ In eodē ca. vbi dr in poſtil. licet
em̄ ioſeph nō fuit ſaluatoris pater

¶ Additio

De hac materia fuit large tr̄
ctatū ſ' in additõe math. .j.
vbi agit' de genealogia xp̄i
vide ibi.

¶ In eodē ca. vbi dr ī poſtil. mulie
res bñdicent' in te. ¶ Additio

Melius videt' dici ſm̄ greg' in
glo. vbi ſic vt' ꝙ ī vtriſqꝫ bñ
dicen' velut em̄ p vnū ⁊ vnā
feminā ⁊ marē pctm̄ ſil' ⁊ triſticia
ſic ⁊ nunc p vnā ⁊ vnum bñdictio
reuocata eſt. ⁊ leticia ad ſingulos
eſt ꝓfuſa.

¶ In eodem capitulo vbi dicitur ī
poſtilla Quoniam virum non cog
noſco.

¶ Additio.

LIcet ea que noſtri doctores
tradunt de ꝓpoſito bt̄e virgi
nis circa virginitatē. ſimiliter
et de eiꝰ voto ſint tenēda tanq̄ vera
verba tn̄ beate virginis dicentis. q̄m
viꝝ nō cognoſco nō videntᷣ hoc dice
re. nec ex eiſdē verbis videt̄ hoc ſeq̄.
Poſſibile eī eſt ꝙ aliq̄ virgo nō co
gnoſcat viꝝ cōiter loquēdo ſeu in
telligēdo de viri cognicōne ꝙ tn̄ nō
hēat ꝓpoſitū nec votū v̓ginitatis. Sꝫ
predcā virginis v̓ba ꝑ ampliꝰ vi
dent̄ enucliāda. Ad qͦ ſciendū ꝙ
ſcd̄m augꝰ. in lib. de moribꝫ eccl̄ie. et
etiā antiquos ph̄os. virtutes mul
tiplicit̄ ꝯſiderātes Vno ſcꝫ mō ꝓut
ſunt exēplares: et ſic ꝑtinēt ad deū
in quo preexiſtūt oīm reꝝ rationes.
Alio mō ꝓut ſunt politice. et ſic ꝑti
nent ad hōieꝫ inquantū recte ſe hꝫ
in rebꝫ humanis gerendis De qui
bus virtutibꝫ ſcꝫ politicis ph̄i ꝯmu
niter tractāt. inter quas v̓tutes ſci
licꝫ politicas et exēplares. Quedaꝫ
medie int̄ponunᷣ ſcꝫ v̓tutes purga
torie. q̄ ꝑtinent ad illos qui v̓tu
tes politicas tranſcēdentes in diui
nam ſilitudinē conanᷣ tendere Sūt
etiā ſuꝑ hoc v̓tutes purgati animi
que dicunt̄ v̓tutes iā quodāmodo
aſſequentiū diuinā ſilitudinē quā
tum in hac vita eſt poſſibile. que a
ph̄o in vij. ethico. v̓tutes eroice di
cunt̄. i. diuine. ſcd̄m quā ꝯſideratio
nē dicunt ꝙ tꝑantia purgati aīmi
attingit̄. cum iā quis tantū aſſeq̄
tur diuinā ſilitudinem: ut terrēas
cupiditates neſcit. Et ſm̄ hūc mo
dū v̓ginitas videᷣ attribuenda bt̄e
v̓gini: ſic ſcꝫ ut terrenas cupidita
tes et cōcupiſcētias. nedū non hēat ſeu
ꝓponat vel voueat non habere: ſed
etiā ut eas penitꝰ neſciat. qͦ eſt al
tiꝰ et ꝑfectius q̄ v̓ginitatis ꝓpoſitū
habere ſeu vouē. et hanc ſentētiā ꝓ
prie ſonant ipſiꝰ verba cū dicit. Vi
rum nō ꝯgnoſco. q̄ ꝓprie ꝑtinēt ad
v̓ginitatē purgati animi. ſcꝫ hero
icam. que quidē diſtinctio virtutū
quadripti̇ta tractaᷣ ad plenū in ꝑ
ma ſecūde. q. lxi.

In eo. ca. primo vbi dr̄ in poſtil
la. Veruntn̄ ꝙ iſtud exemplū nō ē
vſqꝫquaqꝫ. Additio.

HOc exemplū eſt ſatꝭ ꝑfectū
interrogationi v̓ginis ma
rie. Ipſa enī ut dictū eſt nō
querebat de facto: ſed de mō fiendi.
ſcilicꝫ vtꝝ ordine naturali ꝯceptura
erat vel ſuꝑnaturali. et ideo cum an
gelus inducit exemplū de ꝯcepcōe
ſterilis q̄ eſt ſuꝑnaturalis: ſufficiē
ter eāt v̓go edocta de mō fiendi qͦ
erat ſcꝫ miraculoſū ꝑ oīpotentiam
diuinā. Et ideo ſubdit. ꝙ non ē im
poſſibile ac̄.

In eodē. ca. vbi dicit̄ in poſtilla
Sed poſtea cū aſſenſit tunc ꝯcepit.
ut ſupra dictū eſt. Additio.

VIdetur poſtillator ſentiē ꝙ
ꝯceptio filij dei fuit facta ſta
tim cū beata v̓go dixit. Fiat
mihi ſcd̄m verbū tuum et nō antea.
et eſt vera et ꝯmunis opinio doctoꝝ.
Vnde magiſter in. iij. diſt. iij. dicit
Poſt ꝯceſſum ſeu ꝯſenſum v̓ginis
ſancte: ſpūſſanctus ſuꝑuenit in ip
ſam ſcd̄m verbum dn̄i. et infra potē
tiā dei verbi receptiuā preparans: ſil
autē et generatiuā. Similiter ſanctus
thomas in tercia ꝑte. q. xxix. inter
alias racōes quas aſſignat quare
fuit ꝯueniens virginē annūciari ꝑ
angelū. Vna eſt ut oñderetur eſſe
quoddā ſpirituale matrimoniū in
ter filiū dei et humanā naturā. Vn
de ꝑ annūciationē ſpectabat̄ cōſen
ſus v̓ginis: quē ſcꝑſit dicendo. Ec
ce ancilla domini ac̄: que req̄rebaᷣ
ad illud ſpūale matrimoniū. ſcilicꝫ
incarnationis inter filiū dei et hu
manā naturā. Bernhardus etiam
ſuꝑmiſſus eſt omelia. iiij. oñdens
ꝙ cōſenſus virginis requirebat̄ ex
diuina ordinacōe ad incarnacōeꝫ
verbi diuini. q̄ſi alloquens v̓ginē
in ꝑſona humani generis ſic ait.
Statū liberabimur ſi cōſentis. et in
fra eā alloquens dicit. Reſpōde ita
ꝙ citius angelo: immo ꝑ angelū

dñō reſpondeverbū ꝓfer tuū ⁊ cōci
pe diuinū· emitte trāſitoriū· et am
plectere ſempiternū· Ex q̊ ptꝫ ꝙ ex
mente bñhardi eſt ꝙ dū btā v̊go
ꝓtulit verbū ſuū vel ſaltē in vltio iˀ
ſtanti ꝓlationis· ꝯcepit verbū eter
num· Sed fuerūt quidā ab huiꝰ ve
ritate deuiātes q̊ videnꝫ aſſeruiſſe ·
ꝙ incarnatio ipiꝰ diuini verbi p̄ceſ
ſit ſalutationē angelicam Vnde in
quibuſdā eccleſijs etiā cathedraliˀ
bus ⁊ alijs nō modice autoritatis
in quadā lectōe de annūciatione v̊
ginis hꝫ verba ꝯtinen². Miſſus fuit
gabriel ad virginē ⁊ anteꝗ̄ ad v̊gi
nem pueniſſet inuenit deū v̊gineis
illapſū viſceribꝫ· ⁊ diuinā maieſta
tem v̊ginalis ventris breuitate cōˀ
cluſam· Et ꝭ· poſt pauca ſb̄dit· De
nicꝫ ⁊ archangl̄s nō ait· Aue gr̄tia
replenda ſꝫ plena· nec veniet i te: ſꝫ
dñs tecū · Hec in p̄cedenti lectōe· q̄
quidē aſſertio veritati euangelice
manifeſte repugnat· Teſtatur em̄
euāgeliſta anglm̄ poſt ſalutatōem
virgini dixiſſe· Ecce ꝯcipies i vtero
ex quo ptꝫ ꝙ cōceptio xp̄i in vtero
etiā poſt ſalutationē fuit futurā· nō
ergo an̄ p̄dictam ſalutationē in vˀ
tero ꝯcepit· cū talis ꝯceptio nō fuit
niſi ſeꝫ· legitur etiā ꝭ· luc· ij· de xp̄ō·
Quo vocatū eſt nomē eius ih̄s q̊d voˀ
catū eſt ab angelo priuſꝗ̄ in vteˀ
ro ꝯciperet· Ex q̊ ptꝫ manifeſte· ꝙ
qñ angl̄s dixit btē virgini vocabis
nomē eius ih̄m nōdum ꝯceptus erāt
in vtero xp̄s· ſed ꝯſtat ꝙ ſalutatio
p̄ceſſit p̄dictam vocationē· ḡ qñ v̊ˀ
go fuit ſalutata nōdum ꝯceptꝰ erat
xp̄s in vtero q̊d manifeſte euacuat
predictā aſſertionē· Probationes
aūt quas p̄dicta lectio inducit: ni
hil faciūt ad ꝓpoſitū ſuū oñdendū
ꝙ cum dicit grā plena intelligiꝫ de
grā iuſtificationis ſeu ſanctificatō
nis q̄ ſp fuit in v̊gine· Sil̄r cū dicit
dñs tecū· ſ· cū h̄ ꝯſtat ꝙ erat replen
da p ꝯceptionē v̊bi incarnati· ⁊ iō
angl̄s ad eā poſt ſalutationē q̄ren
tem quō fiet iſtud ait ſp̄ūs ſupue

niet in te q̊d ſonat de futuro· Sil̄r ⁊
virtus altiſſimi obūbrabit tibi q̊d
ſil̄r de futuro ſonat· Vñ ſi i dictꝭ an
tiquoꝝ doctoꝝ inueniānꝫ v̊ba que
p̄ma facie ſonāt· ꝙ deus erat cū bea
ta virgine ante miſſionē angl̄i ſeu
an̄ ſalutationē· hmōi intelligēda
ſunt ſm̄ grām habitualē ſeu ſāctifi
cationē mentis v̊ginis · nō autem
ſm̄ verbi diuini incarnationē· Alr̄
em̄ ꝯtradicerent euāgelice veritati·
vt dictū eſt quā quidē lectionē tan
ꝗ̄ erroneā ⁊ euāgelice veritati incō
ſonam i eccleſia burgēſis· cui ad p̄
ſens indignus ⁊ immeritus diuīa
tn̄ pmiſſione p̄ſum correxi· ⁊ ad cō
ſonnitatē euāgelice veritatis ⁊ ſen
tentie ſanctoꝝ doctoꝝ ſub v̊bis ad
h̄ ptinētibꝫ reduxi· ſubmittēs tamē
me ⁊ quecūꝗ mea ſacroſācte ſedis
apoſtolice determinatōi ⁊ correctō
ni ⁊ cuiuſcūꝗ veriꝰ ſentientis ꝛc̄·

¶ In eodem ca· j· vbi dicꝫ in poſtil
la· Quia lꝫ ex oībꝫ v̊tutibꝫ fuerit di
ſpoſita ad ꝯceptionē filij dei· ſp̄ali
ter tamen hoc fuit ex hūilitate·

¶ Additio

Ratio quare v̊tus hūilitatis
magis fuit diſpoſitiā ad cō
ceptionē ꝗ̄ alie v̊tutes· Beˀ
da declarat· d· Decebat em̄ vt ſicut
p ſupbiā prime parētis mors itra
uit in mundum· ita p humilitatē
marie vite introitus panderet· Et
nota ſm̄ gregꝭ ſup illud· Btām me
dicent· nō aūt beatā ſe appellat inˀ
ani vexata glīa· ſed ſacro tacta ſp̄ū
q̄ futura ſunt ꝓphetauit ⁊ cetera·

¶ In eodem ca· vbi dicꝫ in poſtilˀ
lā· Aliter etiam dicꝫ ꝙ negauit ſe
eſſe ꝓphetam tm̄·

¶ Additio·

Aliter etiam poſſet dici ꝙ ne
gauit ſe eſſe ꝓphetā· ſ· illū de
quo deuꝫ· xviij· c· legiꝫ pro
phetam ſuſcitabo eis ꝛc̄· q̊d intelliˀ
gitur ad literam de xpriſto· de quo
principaliter querebant ſacdotes ⁊
leuite vt ioh̄· j· poteſt haberi ꝛc̄·

¶ In. ca. ij. vbi dicit in poſtilla. q
duo hītus eiuſdē rōnis nō poſſent
eſſe ſimul ac̄.

¶ Additio.

Habitus ſcie infuſe nō ē idez
ſpē hītui ſcie acquiſite. licet
ſint de eodē a cir idē obiectū.
Cuius rō eſt. Nā hītus nō solū di
ſtinguunt ſm naturā aut obiecta
ſed etiā ſcd'm pn̄cipia actiua taliū
hītuum ſeu diſpoſitionū ꝓut h̄etur
in prima ſcd'e. q. liiij. Et inde eſt ꝙ
hītus ſciarum diuiſificant nō soluz
ſm diuiſitatē obiectoꝝ: ſed etiā ſm
diuiſa media quibꝫ demrānt ꝯcluſi
ones ipſaꝝ ſciarum. ſicut hītus ſci
entie aſtrologie de rotūditate t're.
q̄ demrātur ꝑ media mathematica
ē alius ab hītu ſcie naturalis de ea
dem rotūditate t're qui demrātur ꝑ
mediū naturale Vn̄ licet ꝯcluſio de
mrāta ꝑ vtrāqꝫ predcāꝝ ſciaꝝ circa
hoc ſit eadē. hītus tn̄ ſcientie talis
ꝯcluſionis diuiſificant ſpē ſcd'm di
uerſitatē haꝝ ſcientiarū. prout h̄e
tur ꝑte. ij. q. allegata. Cū igit prin
cipiū actīn hītus ſcie acquiſite ſit
lumen naturale intellect9 agentꝭ.
Pn̄cipiū vō actīn hītus ſcie infuſe
ſit lumen ſupnatuāle. Sequit ꝙ ta
les duo hītus ſunt diuiſarum racō
nū. a ſic pn̄t eſſe ſil' in eodē intelle
ctu. Nec ē ſimile de oculo miraclo
ſe facto ac̄. prout dicit poſtillator.
Nā res natuāles diſtinguunt ſpe
cie ſm pn̄cipia intrinſeca tm̄ preci
pue ſm formā. nō aūt ſm pn̄cipia
extrinſeca. ſicł eſt principiū effici
ens. Ignis em̄ gn̄atus ex alio ig
ne idem eſt ſpē igni gn̄ato ex refle
ctione ſolariū radioꝝ. eo ꝙ for' ſpe
cifica vtriuſqꝫ ignis ē eadē ſpē. licꝫ
cā efficiens ſit diuiſa. In habitib9
aūt diuerſitas ſpecifica accipi' etiā
ſm principiū extrinſecū ut ē princi
piū efficiens. ſicut etiā diuerſifica'
ſm obiectū q8 eſt extrinſecū Vnde
credendū eſt ꝙ xp̄s ꝑfecit in ſciā ac
quiſita ſcꝫ expimentali: nō solum
quantū ad actū: ſed etiā quātū ad
hītum. Et hec ē opinio quā ſanct9
thōs veriorē eſſe aſſerit in hac ma
teria tercia ꝑte. q. xij. Que q̄dē opi
nio magꝭ ꝯſonat littere. Teſtat em̄
euangła ꝙ xp̄s ꝑfecit in ſapiā. Cū
igit quelibꝫ ſapiā ꝓprie dcā eſt ha
bitus: ſequi' ꝙ ꝑfecit in hītu ſapiā
li. Siłiter p̄dicta opinio eſt magꝭ
ꝯſona rōni. Nam nō solū eſt incō
uenien̄s dicere ꝙ intellect9 agens in
xp̄o eſſet ocioſus ſed etiā ſi xp̄o deeſ
ſet aliq̄ naturalis actio intelligibi
lis humane nature ꝑtinēs. ſicut ē
actio abſtractōis intellectuał. q8
maxime ꝑtinet ad humanū intel
lectū ac̄. Sequit.

¶ In capitulo. vij. vbi dicit in po
ſtilla. videt aūt ꝙ debet dici ꝯtrari
um. q primū dixerat donū eſſe cāꝫ
amoris.

¶ Additio.

Stant ſimul ꝙ donū ſit cā a
moris a amor cā doni. etiaꝫ
loq̄ndo de amicicia mō hu
mano. Q8 ſic pꝫ. Nā amicicia hu
mana ſm pħum in viij. eth. tplex
eſt. ſcꝫ vtilis. delectabił a honeſta.
Sed cōſtat ꝙ amor in aīcicia vtili
cātur ex dono ſeu vtilitate ab ama
to hīta ſeu ſpectata In aīcicia vero
honeſta cauſat amor ex v'tute amā
tis. q̄ amatū diligit nō ꝓpter donuꝫ
vel vtilitatē habitā vel ꝯſequendā
ſed ꝓpter virtutē ipſi9 amati. ex q̄ a
more cauſat ꝙ vult amato bonū a
bonum opatur ei quantū in ſe ē ut
verus amic9. a ſic in amicicia hōe
ſta amor ē cā doni. Vnde nulla ꝯ̄ri
etas in hac ꝑabola. nec in ei9 appli
cacōe ſane intellectis reperit. etiā
loq̄ndo vtrobiqꝫ ſm modū huma
num. Naꝫ primo in parabola xp̄s
loquitur modo hūano ſcd'm amici
ciā vtilem vbi amor ex dono cātur
Vnde rectificat iudiciū ſimonis di
centꝭ ꝙ is cui plus donauit pl9 dili
git. Scdō vero in applicacōe loq̄tur
etiā mō humano. ſm amiciciā ho
neſtā q̄ ꝓcedit ex virtute ſeu meritꝭ
amantꝭ a amati ſm quā amās cer
tificatus de amicicia quā amatus
hꝫ erga amantez. q̄ quidē amicicia

ſm pħm vbi ſupra eſt v̓tus vel non
ſine virtute ꝓuocat̄ ad amorē ſui a
mati. ꝑ ꝯſequēs ad impendendū
ei bona. ꝑ de hac amicicia loquit̄ cū
dicit. Remittunt̄ ei pctā multa ꝛc.
q̇d aūt ſequit̄. Cui aūt minus di-
mittitur minꝰ diligit. pōt vno mō
intelligi ſm amicicıā vtilē. ꝑ ſic cor-
reſpondet pn̄cipio huiꝰ altricatōis
vbi dicebatur ꝙ is cui plus dona-
uit plus diligit ꝛc. Alio mō pōt in
telligi de amicicia honeſta. de q̄ vl-
timo loquit̄ vt ſit ſenſus Cauſa āt
quare alicui minꝰ dimitti² eſt quia
minus diligit. ꝑ ſic eſt amor cā do
ni. Vn̄ nulla ꝯtrarietas in hmōi re
peritur cū de diuiſis amicicie ſpēbꝫ
loquant̄ ꝑ vtrobiqꝫ ſm modū hūa
num. Nō em̄ eſt veriſīle. ꝙ xp̄s lo-
queret̄ illi phariſeo de amore diui
no q̇ ptinet ad p̄deſtinationē vel de
remiſſione culpe ꝑ pene. q̄ꝝ ſciētia
ptinet ad eos q̇ iā pfecti ſūt in fidei
rudimētis Iſte em̄ phariſeus adħ
erat infidelis ꝑ ſatis ignarus vt ſa-
tis ptꝫ. Et notandū ꝙ ꝓceſſus xp̄i
circa informationē phariſei de hijs
amicicijs eſt ꝯnaturalis hoīni. inci
pit em̄ ab impfecto ꝑ de magis no
to ꝑ tendit ad pfectū ꝑ minꝰ notū.
amicicia em̄ vtilis eſt hoībꝫ magis
nota. vt eſt impfecta tanq̄ deficiēs
a bōne vere amicicie ſm pħm vbi ſ.
Vn̄ iſtā amicıciā tm̄mō rudis cog̊
ſcebat. xp̄s vero tradidit ſibi noti-
ciam pfectioris amicicie. ſ. honeſte.
que hꝫ verā rationē amicicie ſcd̓um
pħm. Itē notandū ꝙ ſm vtrāqꝫ a
micıciā xp̄s phariſeū ꝯuincit. oñdē
do ei ꝙ illa mulier erat dignior ad
recipienda bn̄ficia xp̄i q̄ ipē phari
ſeus. Nā ſm primā. ſ. amicıciā vti-
lem ſibi oñdit ꝙ plꝰes vtilitates ſeu
obſequia habuit ab illa muliere q̄
a phariſeo. ꝑ h̄ cum dicit. Intraui
in domū tuā ꝛc. ſm vero amiciciam
honeſtā. ſiħc oñdit ei ꝙ erāt dignior
ꝑ h̄ cū dicit ꝙ dilexit multū. In q̄-
bus bn̄ ꝯſideratis nos docet ꝙ verꝰ
penitens dꝫ hrē exteriora opa pia

ꝑ deuota. ꝑ interiora amore feruen
tia ſm doctores.

¶ In ca. ix. vbi dicitur in poſtilla.
Sicut in ſcala iacob angeli deſcende
bant ꝑ aſcendebant.

¶ Additio.

Quod inducit de ſcala iacob
nō facit ad ꝓpoſitū ſuū. Naꝫ
ibi ꝑ oppoſitū legit̄. ſ. ꝙ an
geli aſcendebāt ꝑ deſcendebāt ꝑ eā.
ſm quā ꝯſiderationē p̄dicator ꝑus
debet orare ꝑ ſic in deū aſcendere. q̄
ꝑ p̄dicationē ad pximū deſcendat
ꝑ h̄ eſt modus rōnabilior. Nā ora
tio potius reſpicit futuꝝ q̄ p̄teritū.
Iuxta illud math. vij. ca. petite et
accipietis. q̇d ꝯſonat vniūſalis ec-
cleſie ꝯſuetudini ſm quā p̄dicato-
res verbi diuīi etiā auditores ꝑus
orāt. Vn̄ nō eſt neceſſariū ꝙ hec vi
ſio ſcale iacob applicet̄ diſtinctōni
poſtillatoris: ſꝫ potius applicanda
eſt p̄dicatōis ꝓceſſui debito.

¶ In ca. xiiij. vbi dr̄ in poſtilla. Si
cut credūt ſaraceni ꝑ iudei moderni

¶ Additio.

Ex traditionibꝫ iudeorū dal-
muticis ꝑ alijs apud eoſ au
tenticis nullo mō habet̄ ꝙ
in futuro ſeculo hoīes cibis corpali
bus indigeāt Et iō ſi forte ſint ali
qui moderni q̇ h̄ credant h̄ ꝯtingit
ex fatuitate eoꝝ Vn̄ apud p̄cipuos
doctores eoꝝ ꝑ ſm dalmuticas tra
ditiones ꝓut habet̄ cathedrū. c. vl.
in futuro ſeculo nō eſt cibus nec po
tus nec vſus venereoꝝ: ſed iuſti ibi-
dem in capitibꝫ eoꝝ coronati dele-
ctantur in viſione diuīe hītationis
q̇d ſi recte intelligeret̄ bn̄ adaptaē
tur fruitioni diuīe in q̄ ſancti cū au
reolis fruunt̄ viſione xp̄i. in quo ē
vera habitatio diuīa. Vn̄ magꝭ re-
darguendi ſūt ꝙ nō receperunt do-
ctrinam xp̄i que traditionibꝫ eoꝝ
bene intellectis maxime ꝯſonat

¶ In eodem capitulo vbi dicitur in
poſtilla. iuga boum emi quinqꝫ

¶ Additio.

PRopriùs videtur hꝫ patbola
p augꝰ. exponi in libro de ṽ
bis dñi vbi qꝫ dicitᷣ (Villã
emi) applicat ad ſupbiã ꝑut poſtil
lator dicit. vbi aũt dicitᷣ (Quinqꝫ
iuga boũ) ad quinqꝫ ſẽſus carnis
qui geminati ſunt. ꝑut ipſe decla=
rat. vbi notabiliter exponit illa ver
ba excuſacõnis ſcꝫ (Et eo ꝓbare il=
la) Non eĩ dixit. eo paſcere illa. qꝛ
ad nc̃citatem naturalem bonũ eſt
vti ſenſibꝫ. non aũt ad curioſitatẽ
ꝛ ſupfluitatẽ. Quid aũt ſequitur.
(vxorem duxi) exponitur ex carna
litate in quo etiam poſtillator con
cordat.

¶ In ca. xvi. vbi dicitᷣ in poſtilla.
Lex eñi pmittebat repudium vxo
ris ꝛc̃ ¶ Additio.

DE hac pmiſſione agitᷣ ſatꝭ lar
ge in addicõe ſupra math. xix
ca. vide ibi.:

¶ In eodẽ vbi dicitᷣ in poſtilla Qua
liter aũt intelligendũ ſit dictũ be=
ati gregorij maiorũ diſcretioni di
mitto ꝛc̃. ¶ Additio.

UErba beati grego. vbi dicit
ante diẽ iudicij intelligẽda
ſunt acſi dicat. añ diẽ paſſi
onis xp̃i. In paſſione eñi fuit quo
dammõ iudiciũ mundi. Juxta il=
lud iohis. xvi. ca. Nunc iudicium
eſt mũdi. .:.

¶ In. ca. xix. vbi dicitᷣ in poſtilla.
ꝛ ſic videtᷣ dicere ꝙ nõ fuit iudeꝰ na
tione ſed gentilis. ¶ Additio

QVod aũt zacheus ſit natio=
ne hebreus ſatis oñditur ꝑ
rationes poſtillatoris. Nec
beda ꝯtrarium videtᷣ dicere: ſi bene
intelligantᷣ verba euangelij: quibꝫ
ſententiã ſuam adaptat. Nã xp̃s
dixit ꝙ (Salus facta eſſet huic do=
mui) ſcilicet zacheo habitatori (eo
ꝙ eſſet filius abrahe) Conſtat aũt
ꝙ non fuit ſalus facta zacheo: eo ꝙ
de ſtirpe abrahe genitus eſt: ſed qꝛ
eius fidem eſt imitatus. ꝛ ſic refe=
renda ſũt verba bede ad cauſã ſalu
tis ſcilicet zachei. non autẽ ad eius
ſtirpem tm̃ Similiter ex dictis am
broſij dicentis. Zacheus exiguꝰ me
ritis ſicut populus nationũ ꝛc̃. nõ
videtur dicere ꝙ ſit de populo nati
onũ. ſed ꝙ ſit de figura populi nati
onũ. non eſt autẽ inconueniẽs ut
aliquis de nacõne iſrahelitica figu
ret nationẽ gentiliũ. ſicꝭ luce. xv.
ca. de filio pdigo.

¶ In capitulo. xxij. vbi dicitᷣ in po
ſtilla. Qꝛ ille modꝰ capiendi xp̃m
ꝑ ſuum diſcipulum videtur magis
poſſibilis. ¶ Additio.

MOdus capiendi xp̃um ꝑ ſu
um diſcipulum non ſolum
videbatur phariſeis magis
poſſibilis ꝛ ſecretus: ſed cũ hoc erat
magis cõueniens ad ſubuertendũ
populum quem pharifei maxime
timebant in captione xp̃i. ut Ma
th. xxvj. ca. Non in die feſto: ne for
te tumultus fieret in populo. Vnde
ex hoc ꝙ diſcipulus xpriſti aſſocia
bat capientes: erat populo magis
ꝑſuaſibile ꝙ xp̃s eſſet ſeductor ſeu
malefactor ꝛ hmõi.

¶ In eodẽ capitulo vbi dicitᷣ in po
ſtilla. Et factus eſt ſudor eius ſicut
gutte ſangnis. ¶ Additio.

PRout doctores dicunt. con=
tra naturã eſt ſudare ſang
uinem. nec in libris medico
rum qui de iſtis corporalibus paſ=
ſionibus tractant ut credo hoc inue
nitur. Vnde tenendũ eſt ꝙ fuit ſu
pernaturale ꝛ figuratiuum. Nam
ſicut augꝰ. dicit ſignificabat de cor
pore ſuo manatura martiria.

Expliciunt additiones fratris Ni
colai de lira ſup Lucam.

¶ Sequitur ꝓhemium eiuſdem ſu
per Johannem.

Incipit phemiū poſtill. ſup iohē m

Facies aquile deſup ipō
rum quatuor ezech. j.
Ezechiel ꝓpha cui apti
ſunt celi a vidit viſiões
dei. vidit q̄tuor facies ĩ
vno aĩali Quatuor inq̄t facies vni
videlicet facies hoīs. facies leonis.
facies bouis. facies aq̄le. in q̄ deſig̃
tur vna noticia de v̄bo incarnato q̄
druplicit̄ deſcp̄ta. put diffuſi9 di
ctum eſt ſup math. Deſcriptio em̄
mathei deſigna² in facie hoīs. q2 prĩ
cipaliter deſcribit facta ip̄ius hūa
nitatis. Deſcriptio iohis deſignat̄
in facie aq̄le. q2 p̄ncipaliter deſcri-
bit in xp̄o excellentiam diuīe natu
re Deſcriptio aūt marci deſigna² in
facie leoīs. q2 p̄ncipaliter deſcribit
ip̄ius xp̄i regnū Deſcp̄tio aūt luce
deſignat̄ in facie bouis q̄ eſt aĩal
immolaticiū. q2 p̄ncipaliter deſcri-
bit ip̄ius xp̄i ſacerdotiū. vñ a ſuo
ſacerdotio incheat ſuū euangelium
d. Fuit ĩ dieb3 herodis regis iude ſa
cerdos quidā noĩe zach. Aduerten
dum tñ ꝙ licet quilib3 q̄tuor euan
geliſtaꝝ p̄ncipaliter ꝯſideret vnam
p̄dictaꝝ q̄tuor ꝯditionū. tam̄ alias
tres non omittit. q2 ſm qd̄ dt bea-
tus gregr. ſup ezech. Quicq̄d ĩ vno
repis hꝰ ſit in q̄tuor recogñſces. ꝓpt̄
qd̄ aliq̄ doctores viſionē ezech. expo
nētes dicūt ꝙ nō ſolū apparuit ei v
num aĩal hñs q̄tuor facies p̄dictas
ſꝫ apparuerūt ei q̄tuor aĩalia in oĩ-
bus ꝯſilia In quo deſigna² vna no
ticia verbi incarnati a q̄tuor euāge
liſtis ꝯcorditer licz differēter deſcri
pta. Conſiderandū tñ ꝙ ezechiel ꝓ
pheta inter p̄dictas facies quatuor
vidit faciē aquile deſup eminentez
in quo deſignat̄ euāgeliū iohānis
reſpectu alioꝝ excellētia. ſm qd̄ dr̄
in v̄bo p̄aſſumpto facies aquile In
quo deſignat̄ euangeliū iohānis.
ceteris excellētius in trib3. q2 ſcp̄ſit
ceteris ſublimius ſubtilius a etiam
pfectius Subtilitatē deſignat ſupe
rior ſitus. cū dr̄. deſup ſubtilitatē a

cuties viſus cū dicit̄ aquile. pfectio
nem ſeu integritatē deſignat quat̄
nariꝫ tipus cū dicit̄ ipōrum q̄tuor.
Ad euidentiā primi aduertendum
ꝙ ꝯtemplatio ſanctorū a potiſſime
euangeliſtaꝝ differt a ꝯtēplatione
phoꝝ. Phi em̄ ex creaturis ꝯtēpla
ti ſunt ip̄m deū. ſiĉ ſancti tamē dif
ferenti mō. a quaſi ꝯtrario. Contē-
platio em̄ eſt actus egrediēs ab ip
ſo ꝯtemplante a in deū terminatur
tanq̄ in obiectū. a ideo ꝯtemplatio
nis actus eſt medius inter contē-
plantem a rem ꝯtēplatam. a idō po
teſt ad vtrūq3 referri. Si igit̄ actus
diuīe ꝯtēplationis referat̄ ad ip̄m
ꝯtemplantē ſic habet̄ contēplatio
phorum. Querebāt enim philoſo
phi deū ꝯtēplati ex creaturis in quā
tum talis ſpeculatio ſeu cōtēplatio
eſt ip̄ius ſpeculantis ſumma perfe
ctio Contemplationē enim primi a
ſummi intelligibilis poſuerunt feli
citatem hominis vt habet̄. x. ethi.
Ex quo patet ꝙ talis ꝯtemplatio
erat pure ſpeculatiua. q2 querebāt
talem ſpeculationē ꝓpter ſeip̄am et
nō ꝓpter aliā pfectionē. ꝓpter qd̄ in
tali ꝯtemplatōne plus facit ſubtili
tas intellectus q̄ꝫ feruor affectus. ſi
aūt referat̄ actus ꝯtēplationis di-
uine ad ipſam rem ꝯtēplatam. qd̄
ſit qñ talis contemplatio queritur
ꝓpter amorem rei contēplate. vt ex
tali contēplatione ipſe ꝯtemplans
inardeſcat in amorem diuinū ſic hē
tur contēplatio ſanctorum a potiſſi
me euangeliſtaꝝ. Ex quo patet ꝙ
talis contēplatio non eſt pure ſpe
culatiua. quia nō querit̄ ꝓpter ip-
ſum ſpeculari: ſed ꝓpter amorē ipſi9
obiecti contēplati. a ideo in tali con
templatione plus facit feruor affe-
ctus q̄ꝫ ſubtilitas intellectus. pro-
pter quod beatus dyoniſius. vij.
ca. celeſtis ierarch. dicit ꝙ ĩ ꝯtēpla
tione diuinoꝝ ꝓpriū eſt amoris ca-
lidum ſup feruens a acutum. quia
amans nō eſt contētus amati ſup
ficie: ſꝫ nitit̄ quātū poſſibile eſt ei9

intima penetrare. ꝓpter q̄d dicit hu
go ↄmentator ibidē. vbi ſcia foris
ſtat: dilectio intrat. Igitur quia beatus
iohannes euangeliſta ceteris euāgeliſtis
xp̄m feruentius dilexit. ideo eius ſecre=
ta intimius penetrauit ꝓpter q̄d ſub
tilius ſcripſit. q̄d notatur in facie aq̄le
que tantā ꝑſpicacitatē hꝫ in viſu:
ꝙ ſolem in rota ſua oculis irreuer=
beratis intuetur. ut dicit augꝰ. lib. de
moribꝫ ecclie. et de hoc pōt exponi id
q̄d ſcribitur iob. xxxix. Nunquid ad p̄
ceptū tuū eleuabitur aquila: et in ar=
duis ponet nidū ſuū? Hoc enim ver
bum dr̄ de iob negatiue: ſꝫ de deo af
firmatiue. ſicut pꝫ ibidē Et merito quia
ad preceptū dei hūana aq̄la nrā vi
delicet beatus iohannes euangeliſta eleua=
ta ē de terrenis ad celeſtia. quia ad v̄
bū xp̄i vocantis dimiſit thoꝝ nupti
alem et eleuatus ē ad ↄtinentiā v̄gi
nalē. que ē vita celeſtis. ſicut dicit be
atus ihero. in ſermone de aſſumpti
one btē v̄ginis ꝑfecto in carne pre
ter carnē viuere: non terrena vita ē:
ſꝫ celeſtis Vn̄ in terris angelicam
gl̄am acq̄rere maioris eſt meriti q̄
hr̄e. Eſſe enim angelū felicitatis. eſt
eſſe virginē v̄tutis dū hoc obtinere
viribꝫ nititur cum grā q̄d angelus hꝫ
a natura Et talis eleuatio fuit diſ=
poſitio in iohanne ad ſubtilius ↄtēplan
dū et deſcribendū diuina. Contrari
oꝝ enim ↄtrarie ſunt cauſe. Laſciuia
aūt carnalis inducit intellectus hebi
tudinē. ut dicit beatus grego. xxx.
moralium. ergo ꝑ oppoſitū ↄtinentia v̄gi
nalis diſponit ad eius ſubtilitatē. ſꝫ
ↄſūmatio huius ſubtilitatis ſb̄ditur in
auctē premiſſa cū dr̄ In arduis po
net nidū ſuū. Nidus enim eſt locus
vbi volucres ſe recliant et quieſcunt
Nidus igitur iohannis fuit ſinus ſaluatoris
quia ſup pectus eius ſuauiter recubuit
et inde fluēta euāgelii ceteris vberius
potauit. et ideo ſeq̄tur. Oculi eius de
longe ꝑſpiciunt. quia ipſi adhuc manē
ti in terra reuelata fuīt ſecreta cele=
ſtia. et quia ſubtilius ſecreta celeſtia co
gnouit: per ↄñs et ſubtilius ſcripſit.

Scḋo dico ꝙ iohannes ceteris euangeli
ſtis ſcripſit ſb̄limius. et differt hoc mē
bꝝ a precedēti. quia de infimis pōt fie
ri ſb̄tilis deſcriptio. ſed ſublimitas
deſcripcōis importat altitudinē ma
terie. q̄d ↄuenit iohanni euāgeliſte. quia
aliis euangeliſtis ad deſcribendū
xp̄i hūanitatē intētis: btūs iohannes
ad ↄtemplandū et deſcribēdum eius
diuinitatē pn̄cipaliter aſcēdit. ꝓp
ter q̄d alii tres euāgeliſte figurate
ſūt ꝑ aīalia in terra gradientia. vicꝫ
ꝑ hoīem. vitulū et leonē. Johannes au
tem figuratus ē per aquilā in altū
volantē. in q̄ deſignat ſcḋm ſcꝫ eius ↄtē
placōem et deſcripcōnem ſup alios
trāſcendentē. q̄d notatur in verbo pre
aſſumpto cū dicitur deſup. et iḋo de hoc
pōt exponi illud pſ̄. xvii. Aſcendit
ſup cherubin et volauit. Cherubī di
cuntur a plenitudine ſciē. et ideo ſigni
ficant euangeliſtas q̄ fuerūt repleti ſpū
ſapiē diuine. ꝓpterea vocantur aīalia
plena oculis in circuitu et intus. apo
ca. iiii. Sup iſta cherubin aſcēdit et
volauit. quia ↄtēplacōem alioꝝ euan
geliſtarum trāſcendit diuinitatē xp̄i
pre ceteris ſpeculando. et q̄ntum poſ
ſibile ē ſublimius deſcribēdo. ꝓpter q̄d
dicit augꝰ. ꝙ ſi altius intonuiſſet: to=
tus mundus cape nō potuiſſet. Tercīo
in v̄bo p̄aſſumpto oñditur cōtēpla
tio et deſcp̄tio iohannis aliis ꝑfectior in
duobꝫ in q̄bꝫ ſuppleuit illud q̄d ab
aliis euāgeliſtis fuerat dimiſſum
ſcḋm ꝙ dicit ihero. li. illuſtriū viroꝝ
Primū ē. quia a tp̄ibus iohannis ſurre=
xit error hebioītaꝝ: q̄ dicebāt xp̄m
eſſe hoīem purū. et ꝑ ↄñs an̄ mariā
nō fuiſſe. ꝓpter q̄d beatus iohannes ro
gatus ab aſie ep̄is ſcripſit euāge=
liū. in cuius pn̄cipio oñdit diuinam
xp̄i naturā in qua eternaliter preceſ
ſit mariā. Secundū eſt ꝙ cū iohannes
legiſſet math. marcū. et lucā. euan
gelia illa ꝓbauit. et eos vera dixiſſe
firmauit. veruntñ tm̄modo hiſtori
am xp̄i texuerāt quantū ad illū an
nū in quo paſſus ē: vicꝫ poſt iohannis
baptiſte incarceracōm. ꝓpter q̄d ipē

iohānes euāgeliſta in ſuo euange
lio narrauit geſta ſupiorıs āni an
ꝙ iohēs bap. in carcere clauderet.
Ex quo ptꝫ ꝙ pfectius alijs ſcpſit.
q̄ quidē pfectio in vbo pāſſumpto ī
nūo q̄ternario deſignat. cū dr. Jpō
rum q̄tuor. q̄ternarius em̄ nūs eſt
primus nūs q̄dratus. Qz aūt per q̄
dratū pfectio deſignet ptꝫ p pħm. j
etħ. vbi cōpat virtuoſū corpi q̄dra
to. qꝛ ſicut corpus quadratū bn̄ ſe
det in oī latere. ſic virtuoſus ſe bene
hꝫ in quacūqꝫ fortuna contingēte.
Quadratura pus inuenit in nūis
ꝙ in corpibꝫ ſicaꝰ vnitas prior ē ipō
pūcto. a iō pfectio pmo pncipali
ter deſignat in nūo q̄ternario. que
quidē pfectio in euāgelio iohānis
p ceteris inuenit. vtꝫ ex dictis. a iō
de ħ pōt exponi illud ezecħ. j. Cumqꝫ
aſpicerē aīalia. apparuit vna rota
rituali qđ eſt v̄bum. ſcđo de cibo ſpi
rituali qđ eſt ſacramētū. ibi Et pa
nis quē ego dabo. Prima in duo.
qꝛ primo ponit xp̄i doctrina. Scđo
ſubdit iudeoꝝ murmuratio maliḡ.
ibi. Murmurabāt. Prima diuidi
tur in q̄tuor. qꝛ primo inuitat eos
ad querendū cibum ſpūalem. Se

cundo on̄dit veniendi modū ibi Di
xerunt ḡ. Tercio on̄ditur quid ſit
iſte cibus. ibi. Dixerūt ergo ad eū
dn̄e da nobis. Quarto q̄ ꝑtingūt
ad fruitionē ei9. ibi. Omne qđ dat
mihi. In prima igiť ꝑte dicit ſic.
(Rn̄dit eis ihs) videns eī ꝙ ita ſol
licite q̄rebant eū ꝓpter cibū corꝑa
lem quē eis dederat. ⁊ adhuc iterū
ſperabant hr̄e: arguit eos dicens.
(Amē amen dico vobis. q̄ritis me
nō qꝛ vidiſtis ſigna) ad credenduꝫ
⁊ venerandū: loquiť ꝑ illis ſolum
qui male mouebanť. qꝛ multi bō
deuocōe ſequebanť eū ut predictuꝫ
eſt. ⁊ aliq̄ ex malicia carnali. ideo
ſeq̄tur (Sed qꝛ manducaſtis ex pa
nibꝫ ⁊ ſaturati eſtis) q̄ſi dicat debe
retꝭ magis eſſe ſolliciti de cibo ſpūa
li quo aīa ſuſtentať. qꝛ melior ē ci
bo carnali q̄to aīa melior ē corꝑe
Ideo ſeq̄tur. (Operamini nō cibū q̄
perit: ſed q̄ ꝑmanꝫ in vitā eternā)
i. opam date ut poſſitis hr̄e cibuꝫ
ſpūalem qꝛ nō perit ſicut corꝑalis
Si eñ cibus corꝑalis maneat in ꝓ
pria forma nō nutrit: ſed magꝭ no
cet corpori. Sed ſi nutriat oportꝫ ꝙ
ap̄pa natura pereat. ⁊ ꝯuertatur in
mēbra. Econūſo autē cibꝫ ſpūalis
manet ⁊ ꝯuertit in ſeipſū ſumentē
qꝛ de9 nos ſibi incorꝑat ⁊ nō econ
uerſo. Vn̄ augꝰ. loquens in ꝑſona
hui9 cibi dicit. Cibus ſū gran diū.
nō me mutabis in te: ſed tu muta
berꝭ in me (Quē filius hoīs dabit
vobis) i. paratus ē dare. qꝛ ad hᷣ venit
in mundū (Hūc eñ aſſignauit de
us pr̄) i. ad hᷣ ipſum aſſiḡuit mit
tendo in mundū. ꝓpter qđ. ī. xviij.
dicit. Ego ad hᷣ veni in mundū: ut
teſtimoniū ꝑhibeā veritati ⁊ hᷣ eſt
dare cibum ſpūalem (Dixerunt ḡ)
Hic ꝯſequēter on̄ditur mod9 habē
di cibū hunc ſcꝫ ꝑ verā fidē ꝑ quaꝫ
hō deo incorꝑať. Et primo circa hᷣ
ponit xp̄i inſtructō. ſcđo iudeoꝝ ob
iectio. ibi. Dixerūt. Inſtructōi vero
xp̄i premittitur eoꝝ interrogatio cū
dr (Dixerūt ḡ ad eū) q̄rendo q̄liter

poſſent hrẽ cibum p̃dictum (quid
faciemus vt opemur opa dei) id eſt
opus p qd poſſumus p̃dictũ cibuꝫ
cõſequi (Rñdet ihs ꝛ dixit eis h eſt
opus dei) p qd hunc cibũ poteritiſ
aſſequi (vt credatis in eum quẽ mi
ſit ille) Qꝛ aũt fides h dr opꝰ videt
eſſe ꝯtra illud qd hẽ² ad ro. iiij. vbi
fides diſtinguit ꝯtra opus. Dicen
dũ qꝫ ibi diſtinguit ꝯtra opa exte
riora hic aũt dr opus manẽs tm̃ in
aĩa (Dixerũt) hic ꝯtra xp̃i dictũ ob
ijciunt. d. (Qd ergo tu facis ſignũ
vt videamus ꝛ credamꝰ tibi). q. d.
tu adhuc nõ feciſti ſilia moyſi. ꝓpt
hoc ſubdit (Prẽs noſtri mãna mã
ducauerunt in deſerto ꝛc̃). q. d. moi
ſes dedit nobis mãna. tu aũt panẽ
ordeaceũ. Jteruꝫ dedit. xl. annis. tu
aũt paiuiſti nos ſemel tm̃. ꝛ ſubdi²
rñſio (Amen amen dico vobis. Nõ
dedit vobis moyſes panẽ de celo) ſ.
ꝓprie dicto qꝛ nõ de celo ſiderio ꝟ em
pireo: ſed de celo aereo. qꝛ deſcende
bat ros vel pruina vt habet nũi. xj
(Sed pr̃ meus dat vobis panẽ verũ
de celo) Diuidit em̃ verꝫ ꝯtra figũa
le. ꝛ iõ manna nõ fuit ꝓprie pãis ve-
rus. qꝛ fuit figura panis ſpũal' da
ti in ſacramẽto. ꝛ idõ iſte eſt verus
panis q̃ fuit figuratus p illũ. dicit
etiã de celo vero ꝛ ꝓprie dicto Quia
xp̃s rõne deitatis de deo orit. ꝛ de ce
lo prẽ. ſilr rõne hũanitatis. qꝛ aĩa
immediate a deo creatur. virtꝰ etiã
fõrtiua corpiſ xp̃i fuit v̇tus ſpũſſan
cti. vt ſupra dictũ eſt. ideo ſequit.
(Panis em̃ dei verꝰ ẽ q̃ deſcendit de
celo) mõ dicto (Et dat vitã mũdo)
Effectꝰ em̃ veri panis eſt vitã ꝯſer
uare. ideo ille eſt verus panis ſpũa
lis q̃ data ꝯſeruat vitã ſpũalem h
aũt ꝯpetit v̇bo incarnato. ꝓpter qd
dicit. ꝭ. Ego veni vt vitã habeãt ꝛc̃.
(Dixeruntg̊) Hic oſtendit quid ſit
iſte panis ſpũalis. Judei em̃ audi
entes bonitatẽ huius cibi dixerũt.
(Dñe ſemp da nobis) volebant de
cetero eſſe refecti ſine eſurie ꝛ labore
ſicut de muliere ſamaritana dictum

fuit. iiij. ca. quẽ petijt a xp̃õ. domi-
ne da mihi hãc aquã vt nõ ſitiã ꝛc̃.
Verũtamen ſicut illa non intellige
bat ꝯditionẽ aque ſpũalis. ſic nec
iſti de pane ſpũali. ꝛ ideo ihs oſtẽ-
dit eis quid ſit iſte panis. d. (Ego
ſum panis vite) non ſolũ vitã ꝯſer
uat ſed etiã dat ipaꝫ de nouo. Pa-
nis aũt corpalis vitã corporalẽ pre
exiſtentem tm̃modo ꝓlongat. iõ ſe
quitur (Qui venit ad me) p fidẽ fõr
tã caritate (Non eſuriet ꝛ qui cre-
dit in me nõ ſitiet vnq̄) Quia licet
habens deũ quẽ iam hꝫ p grãm de-
ſiderat habere plenius p gl'am. tñ
nõ deſiderat rẽ nõ habitã. Cibꝫ aũt
ꝛ potus corporalis eſt ꝯtrarie cõdi
tionis. qꝛ habitus in plenitudĩe in
faſtidiũ vertitur. Sed qꝛ poſſũt iudi
dicere nos petimus a te panẽ iſtuꝫ
ꝛ tu nõ respondes dabo vel nõ dabo
Jdõ ad hoc reſpõdet dicens (Sed di
xi vobis) ſ. qꝫ ego ſum panis vite.
(Quia ꝛ vidiſtis me) ꝛ ſic habetis
hunc panẽ in p̃ſentia veſtra quem
paratus ſũ dare (ꝛ nõ credidiſtis)
in hunc panẽ ꝛ nõ queſiſtis: ꝫ ma
gis panẽ corpalem. (Omẽ qd dat
mihi pater) Hic ꝯñr oſtendit qui
ſunt illi qui fruunt hoc pane quia
illi qui habent grãm in p̃ſenti fru-
untur impfecte. Jn gl'a aũt fruen
tur pfecte. ꝛ hoc eſt qd dicit (Omẽ
qd dat michi pater) .i. facit michi
pater adherere. non ſolũ ꝫm p̃ſen-
tem iuſticiã: ſed etiã ꝫm eternã p̃-
deſtinationẽ. (Ad me veniet) p fidẽ
formatã (Et eũ qui venit ad me) h
modo (nõ eijciã foras) qꝛ omnis p̃
deſtinatus finalr ſaluat. cuiꝰ cã ſb
ditur (qꝛ deſcẽdi de celo nõ vt faciã
voluntatẽ meã: ꝫ voluntatẽ eius q̃
miſit me) nõ eſt p h intelligenduꝫ
qꝫ voluntas xp̃i in aliquo diſcordet
a volũtate p̃ris qꝛ ꝫm naturã dĩnã
eadẽ oĩno eſt volũtas p̃ris ꝛ filij. Si
militer ꝫm naturã hũanã volũtas
eius nõ poterat a volũtate diuĩa di
ſcordare. cũ aĩa xp̃i eſſet ꝯiũcta ver
bo. nõ ſolũ p fruitionẽ: ſed p realeꝫ

vnionē. ⁊ ſic volūtas xp̄i nullo mō
poterat a voluntate p̄ris diſcordaē
Et ideo facere voluntatē p̄ris ⁊ ſuaꝫ
eſt idē ſm̄ rem ⁊ econuerſo. Qn̄ er-
go dicit (Deſcendi de celo nō ut fa
ciā voluntatē meā ⁊c̄) eſt cōis mo-
dꝯ loquendi apud hoīes. illius. q̄
oīno ſequit̄ voluntatē alteriꝯ ⁊ eſt
ſenſus (Deſcendi de celo ⁊c̄) ac ſi di
ceret̄. non veni ad declinandū in a
liq̄ a voluntate p̄ris. ⁊ p ꝯſequens
veni ad p̄ficiendū ſalutē electoruꝫ
qꝛ hec eſt voluntas p̄ris ipſos pre-
deſtinant̄. ideo ſequit̄ (Hec ē volū
tas eiꝯ qui miſit me p̄ris: ut omne
qđ dedit mihi) nō ſolum ſm̄ p̄ntē
iuſticiā ſed etiā ſm̄ eternā predeſti
nacōeꝫ (Nō pdam ex eo) qꝛ ſi talis
aliqn̄ cadit in pctm̄: finalit̄ tn̄ re-
ſurgit (Sed ſuſcitē illud) ut corpore
⁊ aīa p̄fruatur in gl'a (In nouiſſi
mo die) hoīes em̄ reſurget ad vitā
incorruptibilē. Et ideo pꝯ illā reſur
rectioneꝫ non erit in natura hūana
generatio ⁊ corruptio nec p ꝯn̄s in
aliis creaturis corruptibilibꝫ q̄ ſūt
ꝓpter hoīem. ⁊ p ꝯn̄s tunc ceſſabit
motus celi qui ordinat̄ ad ꝯplenđ
numerū electoꝝ p generacōeꝫ ⁊ ſic
ceſſabit tps qđ ſeq̄tur motum celi
ut [illegible] iiii. phi. ꝓpter h' dicit̄ apo
ca. x. Iurauit p viuenteꝫ in ſecula
ſclorum qꝛ tps ampliꝯ non erit. ⁊
pꝫ ex dictis ꝙ nouiſſimꝯ dies erit di
es reſurrectōnis generat̄ Et qꝛ illa
reſurrectio ordinat̄ ad h' ꝙ electi ſint
p[illegible] beati. iō ſequit̄ (Hec eſt em̄
volūtas p̄ris mei q̄ miſit me ut oīs
qui videt) Sed nō accipit̄ hic viſio
p eſſentiā: cū nō ſtet cū actu creden
di: ſed accipit̄ p cognicōe fidei for-
mate. iō ſubdit̄ (Et credit in eū) tē
dendo in ipſū p dilcōem (habeat vi
tam eternā) ſi pſeueret qđ ē infalli
biliter veꝝ in predeſtiatis de quibꝯ
loquit̄ ut pꝫ ex predictis. idō ſequi
tur (Et ego reſuſcitabo eū ⁊c̄) Expo
nat̄ ut priꝯ (Murmurabat) Poſi-
ta xp̄i doctrina de ſpūali cibo. Hic
ponit̄ in ꝯrium iudeoꝝ murmuraꝯ

Et diuidit̄ in. ii. qꝛ primo ponit̄ h'
murmuratio. ſcđō eius ſedatio ſub
dit̄ ibi. Rn̄dit ergo ih̄s. Circa pri-
mū ſciendū ꝙ iudei credebant xp̄m
eſſe hoīem purū. ⁊ de ſeie ioſeph ex
maria ꝯceptū. ignorantes ipſū for
matū virtute ſpūſſancti. ⁊ idō mur
murabāt de hoc ꝙ dixerat. Ego ſū
panis vite q̄ de celo deſcendi. ⁊ ptꝫ
lrā (Rn̄dit) Hic ponit̄ murmur̄ ſe
datio. Et diuidit̄ in tres. qꝛ primo
admonitio ponit̄. ſcđō cā murmu
ris ſubdit̄ ibi. Nemo pōt. Tercō rō
dicti ꝓpter qđ murmurabāt reddit̄
ibi. Amen amen dico vobis. In p̄
ma ꝑte admonet eos dicēs (No
lite murmurare inuicē) Quia p̄res
eorū in deſerto fuerīt grauit̄ puniti
ꝓpter murmuracōeꝫ. ⁊ ideo hec ad
monitio xp̄i eſt ſalubris: ne cadāt
in ꝯſimilē penam (Nemo pōt) Hic
oñditur cā predicte murmuracōis
Non em̄ cābatur ex verboꝝ xp̄i fal
ſitate: cum eſſent veriſſima: ſed ex
iudeorū incredulitate. ⁊ hoc eſt qđ
dicit̄ (Nemo pōt venire ad me) per
fidē formatā (niſi pat̄ qui miſit me
traxerit eū) Nihil em̄ pōt aſcendere
ad id qđ eſt ſupra naturā ſuam: n̄
ab alio trahat̄. ſicut lapis non p̄t
ſurſū aſcendere niſi p motū alteriꝯ
Fides em̄ formata caritate: trahit
quodāmō hoīeꝫ ad naturā diuinā
ſcđm illud. ii. petri. i. Magna ⁊ pre
cioſa pmiſſa donauit vobis: ut per
h' efficiamī ꝯſortes diuine nāe. Et iō
tale donū non p̄t homo ꝯſequi: niſi
a deo trahat̄. Iudei autem non ſic
erant tracti. ideo murmurabant de
verbis xp̄i. Illi autē qui a p̄re tra
hunt̄ ad filiū per fidem formatā cō
ſequunt̄ eternā vitā. Sequit̄ iō (Et
ego reſuſcitabo eū ⁊c̄) qꝛ anima nō
eſt ad plenū beata: donec fuerit cor
pori reunita. Et qꝛ predictꝯ tractꝯ
eſt p diuinā inſpirationem. Ideo
hoc oñdit p ſcripturā dicens (Scri
ptum eſt in prophetis. Et erūt om
nes docibiles dei) id eſt docti a deo.
Sententia em̄ hꝯ dr̄ yſa. liiii. Ponā

omnes filios tuos doctos a dño. ⁊
jhe. iij. dabo vobis paſtores iuxta cor
meũ ⁊ paſcẽt vos ſciã ⁊ doctrina. ⁊
eſt eadẽ ſniã cũ illa q̃ a ſaluatore ex
primitur. xp̃s em̃ ⁊ apł̃i nõ ſp allega
uerũt ſcripturã de vbo ad verbuz: ſꝫ
ſuffecit eis accipe ſnĩam. Cuius aũt
efficacie ſit diuina inſpiratio oñt. d.
(Oĩs q̃ audit a prẽ) p̃dictas inſpi
rationes p̃ cipiẽdo (⁊ didicit) eas ſe
quendo (venit ad me) p fidẽ fõrmatam
in pñti ⁊ p gł̃iam ĩ futuro. Et quia de
us pr̃ docet hoĩem nõ apparẽdo viſi
biliter. ſicut hõ vel ſicut angł̃s ĩ cor
pore ab eo moto vel ſicut dei filius in
corpe ſibi vnito. idõ ſequit (Non quia
prẽz vidit quiſq̃ niſi is q̃ eſt a deo)
.ſ. filius. q̃ naturał̃r p̃cedit a patre
Notandũ quia p hãc dictiõem quiſq̃
põt intelligi natura hũana. ⁊ ſic ve
rum eſt quia nullus hõ añ xp̃m vidit
prẽm. niſi forte in quodã raptu ſicut
moyſes: ſꝫ talis viſio nõ erat ſimił̃
viſioni xp̃i q̃ ab inſtãti ſue ↄceptõ
nis vidit diuinã eſſentiã p moduz
habitus p̃manẽtis ⁊ vtens ſenſibꝫ
corpis. Si aũt p illi quiſq̃ excludat
oĩs creatura. ſic intelligitur qḋ ſequitur
de filio ſm diuinã naturã ⁊ de viſio
ne ↄp̃henſionis que ↄpetit ſoli deo.
p hoc aũt quia dictio excluſiua ibi ad
iungit filio nõ excludit pater ⁊ ſpi
ritusſanctus quoꝝ eſt vna ſimplex
viſio. dictio eĩ excluſiua addita vni
p̃ſone reſpectu termini eſſentialis
nõ excludit aliã p̃ſonã. vt diffuſius
declarat .j. ſniaꝝ (Amen amen) Re
p̃ſſa iudeoꝝ murmuratõe ſaluator
reddit cãm eius qḋ dixerat. Ego ſũ
panis vite qui de celo deſcẽdi qua
ſi ſatiſfaciẽs eoꝝ q̃ſtioni. Et quia illḋ
dictũ ſit veꝝ arguit. Jlle eſt verus pa
nis vite ⁊ de celo deſcendẽs. qui põt
p̃ſeruare a morte. ⁊ dare vitã eter
nam ⁊ celeſtẽ. talis panis eſt vbũ
incarnatũ. Non aũt panis datus a
moyſe in deſerto. quia omẽs qui mã
ducauerunt ex illo mortui ſunt er
go ⁊c̃. ⁊ hꝫ eſt qḋ dicit. (Amẽ amẽ
dico vobis q̃ credit in me) p fidẽ for

matãm (habet vitã eternã) que vir
tualiter in grã ↄtinet. alia lrã patꝫ
ex dictis (Et panis quẽ ego dabo)
Poſtq̃ egit de pane ſpũali qui eſt
verbũ. Hic ↄſequẽter agit de pane
ſpũali qui eſt ſacramentũ. Et di
uiditur in duas. quia circa hoc primo
ponit doctrina xp̃i. ſecundo expon̄i
tur. quia videbat obſcura. ibi. Multi
aũt audientes. Prima in duas. quia
primo oſtenditur p̃poſitũ. ſecũdo p̃ba
tur quoddã ſuppoſitũ. ibi. Qui mã
ducat. Prima in tres. quia p° ſalua
tor docet huius ſacramẽti qualitatẽ
ſecũdo ip̃ius neceſſitatẽ ibi. Litiga
bant. tercio eius veritatẽ. ibi. Caro
mea vere ⁊c̃. Circa .j. ſciendũ quia ĩ ſa
cramento eukariſtie ↄtinetur ip̃m
verbũ incarnatũ. ⁊ ideo oſtendens
qualitatẽ huius ſacramenti q̃tuor
tangit. Primuz eſt illud qḋ eſt ibi
ſacrm̃ tm̃. ſ. ſpẽs panis cũ dicit (Et
panis) Secũduz eſt auctor huius ſa
cramẽti qui eſt ipẽ xp̃s ſacerdos ſũ
mus. Sacerdos aũt q̃ eſt miſter hu
ſacri tm̃ mõ p̃fert verba nõ in p̃p̃a p
ſona: ſed in p̃ſona xp̃i. Jn alijs aũt
ſacris vtit miſter verbis ſuis uł̃ vbis
eccleſie. quibꝫ exprimit actus quẽ
facit vt in baptiſmo patꝫ cũ dicit. ego
baptiſo te. ſed in ſacramẽto eukari
ſtie ſolũ refert verba xp̃i cũ dicit. q̃
pridie q̃ pateret ⁊c̃. ⁊ ſequunt po
ſtea verba xp̃i ↄſecrationẽ efficiẽtia
⁊ hꝫ notat cum dicit (Quẽ ego da
bo) Terciũ eſt res ſignificata ⁊ ↄtẽ
ta. ſ. veꝝ corpus xp̃i cũ dicit (Caro
mea eſt) ⁊ accipit hic caro put di
ſtinguit ↄtra animã ⁊ ſanguinem
Quia licet ſub ſpecie panis ſit ani
ma ⁊ ſanguis. hoc tamẽ non eſt ex
virtute ſacramẽti. ſed ex ↄcomitan
tia reali ſicut ⁊ ip̃a diuinitas. Q̃r
tum eſt res non cõtenta. ſed tm̃ ſig
nificata. ſ. corpus chriſti miſticum.
quod ↄiungit capiti p caritatem.
hoc aũt ſacrm̃ dicit ſacramẽtum a
moris idõ dr (p mundi vita) Sicut eĩ
vita naturał̃ eſt ĩ mẽbris eo quia vni
unt capiti a q̃ recipiũt influentiam

ſenſus ꝛ motus. Sic in fidelibꝫ qui
ſunt membra xp̄i vita ſpūalis ↄſer
uaꝛ. eo ꝙ vniunꝛ capiti xp̄o p ſac=
mentū amoris. Conſiderandū etiā
ꝙ bene dicit mundi. q̄a alia ſacr̄a
ſolum pficiunt ipſi recipienti. Sol9
em̄ baptiſatus r̄cipit grām baptiſ
malem ꝛ nō alij Sacramentū āt eu
cariſtie non ſolū pficit ſacerdoti ſu
menti: ſed etiā toti ecc̄ie. ꝛ illis qui
ſunt in purgatorio. Cui9 rō eſt. qꝛ
eucariſtia non tm̄ eſt ſacramentuꝫ
ſed eſt ecc̄ie ſacrificiū. inq̄ntum cōti
net paſſum. ꝛ iō pficit omnibꝫ xp̄i
fidelibꝫ. Si autē ſumaꝛ alio mō ſicꝫ
a layco: tunc pficit ſolum ſumenti
qꝛ officiū eius nō eſt offerre ſacrifi
ciū: ſed tm̄ ſumere ſacramentū (Li=
tigabant) Hic ↄñr oñditur h9 ſac̄
menti nc̄citas Judei eī rudes predcā
verba xp̄i audientes reputabāt ea
inutilia ꝛ impoſſibilia. ideo oñdit
nc̄citatem h9 ſacramenti dicēs (Ni
ſi manducaueritis carnē filij hoīs
ac̄) Sicut em̄ in vita corpali cibus
eſt nc̄carius ad vitā ↄſeruandam.
ita in vita ſpūali hoc ſacrametū eſt
nc̄carium. qꝛ ē vite ſpūalis ↄſerua
tiuū. qꝛ ſicut baptiſm9 eſt quedaꝫ
ſpūalis gñatio. Jta eucariſtia eſt
quedā ſpūalis nutritio (Et ſang=
uinē e9 biberitis) nō ē intelligēdū
ꝙ h̄ ſacramentuꝫ ſub vtraqꝫ ſpē ſit
fidelibꝫ exhibendū: ſed tm̄ hoc mō
a ſacerdote ſumendū licet in primi
tiua ecc̄ia ꝑp̄l̄s ſub vtraqꝫ ſpecie cōi
caret. tñ poſtea puide ordinatū eſt
ut non cōicet ſub ſpē vini ꝑpter pe=
riculum effuſionis. ꝛ qꝛ ſub ſpē pa
nis accipiꝛ quodāmō ſanguis: in
quantū ibi ↄtineꝛ ut predictū ē. qꝛ
ſub vtraqꝫ ſpecie ē totus xp̄s. Aliꝛ
tñ ꝛ aliter. qꝛ ſub ſpē panis ē vera
caro xp̄i ex virtute ſac̄menti. Cete
ra v̄o ſunt ibi ex ↄcomitantia. ꝛ eo
dem mō ſub ſpē vini ē ſāguis xp̄i
ex vi ſac̄menti. cetera ex ↄcomitan
tia. Notandū ꝙ ex h̄ ꝙ dicit h̄. ni
ſi manducaueritꝭ ac̄. dicūt greci ꝙ
hoc ſacramentū ē tante nc̄citatis ꝙ

pueꝛꝭ debet dari ſicut baptiſm9 qḋ
ē falſū. qꝛ in ſumente hoc ſacramen
tum req̄ritur actualis deuotio ꝛ re=
uerentia. q̄ nō ſunt in pueꝛꝭ. ꝛ idō
v̄bū qḋ importat preceptū tm̄mō
intelligiꝛ de adultis quibꝫ nc̄cariū
eſt ad ſalutē hoc ſacramentū eucai
ſtie accipe ſaltē in voto ſi nō poſſit
haberi in re (Qui manducat) Hic
ↄñr oñditur h9 ſacramenti vtilitas
q̄ eſt augmentatio in vita ſpūali.
ſicut cibus corpalis nō ſolūmō nu
trit ꝛ ↄſeruat vitā: ſed deducit ad p
fectā quātitatē. ſic h̄ ſacramentū p
ducit hoīem ad ↄſummacōꝫ grē q̄ ē
gl̄a eterna. ꝛ h̄ eſt qḋ dicit (Qui
manducat carnē meā) nō tm̄ ſacra
mentaliꝛ: ſed etiā ſpūaliter pcipi=
ens effectū ſacramenti (hꝫ vitā eter
nā) qꝛ habet deū inhītantē qui ē vi
ta eterna (Et ego reſuſcitabo eū ac̄)
ut pticipatio h9 vite ad corpus p
aīam deriueꝛ. (Caro em̄ mea) Hic
oñditur h9 ſacramenti veritas. xp̄s
em̄ frequenꝛ pabolice diſcipulis ſu
is loquebaꝛ. ꝛ ideo ne crederent ꝙ
caro ei9 ↄtinereꝛ in hoc ſacramento
eucariſtie tm̄modo ſic̄ in ſigno. idō
hoc remouet dicēs (Caro mea vere
ē cibꝫ) Q: hic ſumiꝛ realiter ꝛ non
figuratiē. ꝛ eodē mō eſt de ſāguine
ſub ſpē vini. iō ſubdiꝛ (Et ſāguis
me9) Dicitꝛ etiā caro xp̄i vere cibꝫ ꝛ
ſāguis ei9 vere potus. qꝛ reficiūt aī
mā que ē immōꝛtlis. Cibꝫ autē cor
palis tm̄ reficit corp9 qḋ ē corrupti
bile (Qui manducat) Hic probat
qḋdam ſuppoſitū. Dixerat ei ꝙ mā
ducatio carnis ei9 dat vitā. Jſtḋ p
bat h̄. qꝛ illud p qḋ aliq̄s vni² pñ
cipio viuificatio illᵒ dat vitā. Hoc
patet in vita corpali. Per hoc autē
ſacramentū homo vnitur xp̄o: qui ē
principiū vite ſpūalis. ergo ac̄. et
hoc ē qḋ dicitꝛ (Qui manducat car
nem meā ꝛ bibit ſāguinē meuꝫ: in
me manet) i. vniꝛ mihi (Et ego in
illo) qꝛ p caritatē amans ē in ama
to ꝛ econu̇ſo (Sicut miſit me viuēs
Pater) qꝛ eſt vita p eſſentiā (et ego

viuo ꝓpter prēm) filius em̄ inquan-
tum deus et inquantū hō viuit ꝓpter pa
trem. Sꝫ aliter. quia inquantū deus vi
uit ꝓpter prēm inquantū pcedit ab
eo. accipit tn̄ eandē vitā quā habet
pr̄. Scd̄m vero qꝫ hō viuit ꝓpter prēm
inquantū vnit̄ supposito pcedenti a
prē. quā vnionē ɔcomitat̄ plenitu
do grē. q̄ est spūalis vita. et eodem
mō nos inquantū p sacrm̄ eukari-
stie vnimur deo viuim̄ spūalr̄ tam̄
eius vnio est realr̄ in vnitate suppo-
siti. Nrā aūt vnio apud ipm̄ est p
fidē et dilectionē. et h̄ est q̄d dr̄. (Et
qui manducat me et ipe viuet ꝓpter
me) Quia p h̄ ɔiungit̄ pn̄cipio spi
ritualis vite vt visū est. iō ɔseqnter
ɔcludit esse veꝝ illud de q̄ murmu-
rabant iudei. tanq̄ de falso. (Hic ē
panis q̄ de celo descēdit) qr caro xp̄i
in h̄ pane ɔtēta. virtute spūssancti
fuit formata (nō sicut prēs vr̄i man
ducauerūt manna et mortui sunt) et
iō nō fuit vere cibꝫ celestis. ſꝫ tm̄ fi-
gura eius quia vitā spūalem nō ɔfere
bat ſꝫ eā dari in sacrō p̄figurabat.
qr ḡ apd̄ deuotos hēbat oē delcamē
tum. vt habet̄ sap. xvj. panē patū
p̄stitisti eis habentē omne delecta-
mentū. Malis aūt hoībꝫ erat īsipi-
dus. vn̄ dicebāt nūi. xxj. Nauseat
aīa nrā sup cibo isto leuissimo. Sic
eukaristia digne sumētibꝫ est vite
spūalis solatiū. et indigne sumenti
bus iudiciū. iō sequit̄ (Qui mādu
cat hunc panē) digne (viuet inet-
num) sequit̄ (Hec dixit in synago
ga) que est locus cōis vbi iudei cō-
ueniunt (docēs in capharnaū) que
erat metropolis illius galilee. hoc
addit euāgelista post v̄ba xp̄i p̄di
cta ad on̄dendum qꝫ xp̄s in palam
docebat sicut hn̄s doctrinā sanā nō
suspectam (Multi) Posita doctrina
xp̄i. Hic ɔn̄r exponit et p̄mo ponit̄
eius expositio. secundo ex h̄ on̄ditur
aliquoꝝ reprobatio et alioꝝ confir
matio. ibi. Ex hoc multi Prima in
duas. quia primo ponit̄ expositio
nis occasio. secūdo ipa expositō ibi.

Sciēs aūt ihs. Occasio aūt exposi-
tionis fuit. qr multi iudeorum v̄ba
xp̄i capere nō potētes. ꝓpter suā in
credulitatē (dixerunt durus est hic
sermo) In corpalibꝫ dr̄ aliq̄d durū
duplici de causa. vel qr nō est de fa
cili penetrabile. vel qr r̄sistit tactui
sic in spūalibꝫ dr̄ aliquid durū vel qr
ab intellectu nō penetrat̄. vel quia
displicet voluntati. vtroqꝫ mō s̄mo
xp̄i erat eis durus qr eius v̄ba non
intelligebāt et displicebat eis qꝫ tā
ta de se dicebat. eo qꝫ ipsum hoīem
purū esse putabant. ideo sequitur.
(Quis pōt eū audire) .q.d. blasphe
mia est. (Sciens aūt) Hic ponitur
doctrine xp̄i expositio quantum ad
duo de quibꝫ audiētes erāt scanda
lisati. s̄m ponit̄ ibi. Spūs est qui
viuificat. Primū igit̄ de quo scan
dalisati erant erat q̄d dixerat descē
di de celo et on̄dit qꝫ nō debebāt scā
dalisari p̄dicens qꝫ viderēt eū in po
sterum in celū ꝓpria v̄tute reuerti. et
ideo non debebant admirari si dixe
rat se de celo originari. qr quelibet
res ad suū locū reuertit̄. et hoc ē q̄d
dicit̄ (Sciens aūt ihs apud semetip
sum) .i. absqꝫ alio sibi nunciāte (qr
murmurarēt de h̄ discipuli eius) qr
dixerat se de celo descendisse (Dixit
eis) reprimēs eorū murmurationē
iniustā (hoc vos scandalisat) et sine
rōne (Si ḡ videritis filiū hoīs ascen
dentem vbi erat prius) accipit̄ h̄ si
p qr. q. d. qr h̄ videbit̄ nō debet̄ scā
dalisari de hoc q̄d dixi. Illi eniꝫ qui
xp̄o credentes cū eo pmanserūt in a
scensione eius hoc viderunt. vt pa-
tet act̄. j. (Spūs est) Hic exponit
secundū de quo murmurabāt. s. q̄a
dixeāt carnem suam esse cibum ne
cessarium ad salutem. et ipsi intelli
gebant hoc acsi daret̄ in ꝓpria spe-
cie. sicut laniatur vel venditur ī ma-
cello. quod esset horribile. ideo tol-
lit hunc intellectū dicens (Spirit9
est qui viuificat) .q.d. verba que
dixi spūalem sensum hn̄tia sic viui
ficant. (Caro aūt nō pdest q̄cq̄) qr

caro xp̄i manducata eo mõ quo in
telligebãt non eẽt vtilis: ſed magĩ
horribilis. Jdõ ſeq̃tur (Verba que
ego locutus ſũ vobis) de carne mea
mãducanda (ſpũs ⁊ vita ſunt) q̄r
ſpũalem hñt intellectũ. nec mirũ.
q̄r ſunt a ſpũſancto Jſta tñ ſpũali
tas nõ ẽ ſic accipienda q̄ caro xp̄i
ſit in ſacr̃o eucariſtie tm̃modo: ſicł
in ſigno ut dixerũt aliq̃ heretici. q̄r
eſt ibi realiter ut dictũ eſt. Sed q̄a
manducaꝛ caro xp̄i in hoc ſacram̃
to quodã ſpũali modo. inq̃ntũ ſpe
cies viſibiles atterũtur ⁊ comedunꝛ
⁊ ſpũs ex virtute dei carni vnita re
ficiꝛ (Sed ſunt quidã ex vobis qui
nõ credunt) q. d. ꝓpter hoc intelli-
gere non pñt (Sciebat ei ab inicio
ihs q̃ eſſent credẽtes) q̄r tanq̃ deus
ſciebat occulta cordiũ (Et q̃s tradi
turus eũ eſſet) q̄r ſciebat euentũ fu
turoꝝ ↄtingẽtium (Et dicebat) ad
maiorẽ predictoꝝ affirmacõẽ (Pro
pterea dixi vobis. q̄r nemo põt veni
re ad me ⁊c̃) Eandẽ em̃ ſentẽtiã di
xerat ſupra: licet v̾ba ſint aliq̃ntu-
lum alia. Jdẽ ei eſt trahi a pr̃e qđ
ſupra dixit ⁊ dari fidẽ a pr̃e qđ hic
ponit Jpſe aũt ſciebat iſtos quibꝫ
loq̃baꝛ non eſſe predeſtinatos ab
eterno: nec tractos a pr̃e (Ex h̃ mł
ti) Hic ex predictis ↄcludiꝛ aliquo
rum obſtinatio in malo ꝑ apoſta
ſiã cum diciꝛ (Ex h̃ multi diſcipu-
loꝝ ei9 abiert̃ retro ⁊c̃) h̃ nõ ẽ intel
ligendũ de. xij. apl̃is. vel de. lxxij.
diſcipulis. q̄r iſti xp̄õ adheſerũt: ſꝫ
multi alij ſeq̃banꝛ ipſũ ad audien
dũ eius doctrinã. ⁊ de iſtis multi r̾
troceſſerũt. Et ↄñr ꝑ oppoſitũ oſtẽ
diꝛ alioꝝ ↄfirmatio cũ diciꝛ (Dixit
ẽ ihs) ad. xij. apl̃os (nunq̃d ⁊ vos
vulꝛ abire) Nõ petit q̃ſi ignorãs
ſed ut oñdat ſe eis nõ indigere. q̄r
ponit in eoꝝ opcõne cũ alijs recede
re (Rñdit ei ſimon petrus) nõ ſoluꝫ
ꝓ ſe: ſed ꝓ oĩbus. q̄r inter eos erat
pñcipalior. ⁊ in eius rñſione exp̃-
miꝛ maxima dilectio ad xp̄m cum
diciꝛ (Dñe ad quẽ ibimus) q. d. ſi

miſẽ tui inuenire nõ poſſum9 tu ſo
lus ſufficis nob̃ ꝓpter quẽ oĩa reliq̃
m9 (Verba vite habes) i. verba vi
te eterne ꝓmiſſiua ⁊ inductiua ad
eã. Exprimiꝛ etiã in eius rñſione
vera ↄfeſſio fidei cum diciꝛ (Et nos
credim9 ⁊ cognouim9) q̄r credẽ pre
cedit intelligẽ (Q2 tu es xp̄s) quã
tũ ad humanitatẽ: in q̃ vnctus es
ut rex ⁊ ſacerdos (Fili9 dei) naturał
quantũ ad deitatẽ. ⁊ ꝑ ↄñs equał
ei in natura ⁊ potẽtia. veruntñ. q̄a
petrus nimis large rñderat dicens
ꝓ oĩbus. nos credim9. q̄r nihil ma
li de alijs cogitabat. ideo xp̄s cog-
nitor occultoruꝫ eius rñſionẽ corri
git dicẽs (Nõne ego vos duodecim
elegi) Nõ loquiꝛ hic de electõe ad
vitã eternã: ſed ad apl̃atum (Et v
nus ex vobis dyabolus ẽ) i. preui-
ſus ad dyaboli ↄſortium. veruntñ
non dixit det̾minate q̃s eſſet. nec a
pl̃i tunc cognouerũt: ſed poſtea qñ
ꝑ effectũ viderũt. ⁊ ideo illud qđ ſe-
quiꝛ non ẽ de verbis xp̄i: ſed euãge
liſte q̃ ſcripſit ita p9 paſſionẽ xp̄i:
dicentł. (Dicebat aũt) ſcꝫ xp̄us (de
iuda ſimonis ſcariothis) ad diffe-
rentiã alteri9 iude q̃ fuit fraꝛ iacobi
(Erat em̃ hic traditurus eum) qñ
ihs ꝓtulit verba p̃miſſa: cum eſſet
vn9 ex. xij. principalibꝫ diſcipulis
xp̄i. Queriꝛ hic ſine argumentis
vtꝝ iudas a prin° ſue vocacõis a
xp̄õ fuerit malus. Dicẽdũ q̄ in hac
queſtione q̄ ẽ de hijs q̄ trãſcendũt
humanã inueſtigacõẽ cũ ſit de oc
cultł cordis humani ⁊ in ↄſilibꝫ qõ
nibꝫ tenendũ ẽ illud qđ ẽ magĩ cõ
ſonũ ſacre ſcripture ⁊ rõni. Sciendũ
igr̃ q̄ dicit augł. q̄ iudas a prin°
ſue electionis fuit mal9. elect9 tñ ẽ
a dño ad apl̃atum: ut ꝑ eius mali
ciã ⁊ ꝓditionẽ ꝑficereꝛ xp̄i miſteri
um. q̄r ſicut iniq̃ male vtunꝛ bonis
operibꝫ dei: ſic ⁊ de9 bene vtiꝛ malis
operibꝫ hoĩm. ⁊ iõ q̃uis iudas fue
rit peſſim9: tñ eius malo bñ vſus ẽ
xp̄s. Beda autẽ in h̃ ↄuenit cũ au-
guſtino ſed addit q̄ iudas nõ fuit

electus ad apłatum: ſed alij .xj. vo
catus eſt tñ cum eis vt ꝑ ꝓditionis
eius officiū. xp̄s operaret ſalutē hu
mani generis. Sed vtrūq; iſtorum
videt̃ ↄtra rōnem eſſe ⁊ ſacrā ſcp̄tu
ram. diſtributio em̄ bonoꝝ reſpicit
iuſticiā ↄmutatiuā. vt habetur. v.
eth. vt alicui plus det̃ de honoē q̄ñ
to maior eſt in virtute. ⁊ ideo non
eſt veriſile ꝙ iudas vocatus fuerit
ad honorē apłatus niſi tunc fuerit
iuſtus. vel ꝗꝛ xp̄s tunc eū iuſtifica
uerat vt eſſet tali honore dignus ſi
cut iuſtificauit matheū q̄ñ eū voca=
cauit ad apłatum. vt habe² math.
ix. Itē .ꝗ. xvij. dicit xp̄s de diſcipul'
ſuis loquēs ad patrē. quos dediſti
michi cuſtodiui. ⁊ nemo perijt ex
eis niſi filius ꝓditionis ⁊ certū eſt
ꝙ loquit̃ hic de ꝓditione que eſt ꝑ
peccatū mortale. ꝗꝛ iudas adh̃ vi=
uebat vita corꝑali. ⁊ ſic videt̃ ꝙ pe
rierit ꝑ pctm̄ mortale poſtq̄ fuit da
tus xp̄o ꝑ fidē a deo prē. Qḋ autem
addit beda iudā nō fuiſſe vocatum
ad apłatum videt̃ eſſe ↄtra ſcriptu
ram math. x. ⁊ marci. iij. vbi enu=
merant̃ illi qui vocati ſunt ad apo
ſtolatum ⁊ inter illos enumeratur
iudas Item act'. j. ꝙ mathias ele
ctus eſt ad apłatum de quo p̄uari
catus fuit iudas. nullus aūt p̄uari
catur a ſtatu in quo non fuerit. Ex
quo patet ꝙ vere fuit vocatus ad a
poſtolatum. ꝓpter qḋ dicenduz ſm
criſ. ꝙ fuit vocatus ad dignitatez
apłatus ⁊ ꝓtunc fuit bonus. quia
vocatio ad talem dignitatē reſpi=
cit p̄ñtem iuſticiam. Sꝫ aūt poſtea
peccauit ꝓdendo ⁊ tradendo xp̄m nō
ↄtradicit iſti vocationi. ꝗꝛ apoſtoli
ex ſua vocatione nō fuerunt ī bono
ↄfirmati qḋ patet ex caſu petri qui
poſt ſuā vocationē xp̄m negauit. ⁊
ideo ſit̃ dicendū ꝙ licet iudas tpe
ſue vocationis ſue fuit bonus. tam̄
poſtea xp̄m ꝓdendo peccauit. Scien
dum tñ ꝙ extunc malus erat quā
do xp̄s apoſtolis dixit verba in hoc
ca. ↄtēta vnus ex vobis dyabolus
eſt tñ ſua malicia nō erāt apoſtolis
nota. ſed ſoli xp̄o qui cognoſcit cor
da. xp̄s aūt ſuam maliciaz dixit in
generali ip̄o audiente. ne credēs ſu
am maliciam latere ſine timore ma
la operaretur. non tamen dixit in ſpe
ciali ne extunc inuerecundus fact⁹
peior efficeret̃ ſm qḋ dicit criſ.

## Capitulū Septimū.

Poſt hoc autē ambulabat)
Poſtq̄ euangeliſta egit de
nutrimēto ſpūali collato fi
lijs xp̄i. Hic ↄſequenter agit de do
ctrina eis collata. Quia ſicut p̄di=
ctum eſt pater debet filijs nutrimē
tum ⁊ documentū. Et diuidit̃ in du
as. quia primo origo doctrine xp̄i
oſtendit̃. ſecundo ip̄a doctrina po²
ca. viij. ibi. Ihs aūt perexit Prima
in tres. ꝗꝛ primo oñdit euāgeliſta
aptitudinē loci ad manifeſtādum
doctrine xp̄i originē. ſecūdo maīfe=
ſtandi occaſionē. ibi. Iudei aūt q̄=
rebant. tercio manifeſtationē actu
alem. ibi. Rñdit ihesus mea doctri
na. Circa primū ſciendum ꝙ locus
aptus ad p̄dictam manifeſtatōez
erat ciuitas iheroſolimitana. vbi
ad diem feſtū ↄueniebat ꝓpłs. ⁊ iō
ad manifeſtandū ſe in h' loco inui
tatur xp̄us. Et licet p̄mo recuſet tñ
finaliter ↄſentit ⁊ rōnabiliter vt vi
detur. ⁊ hoc eſt qḋ dicit̃ (Poſt hoc
ambulabat ih̄s in galileā) docēdo
in ſynagogis eoꝝ. Nō em̄ volebat
in iudeā ambulare. ꝗꝛ iudei quere=
bant eum interficere. Licet em̄ poſ=
ſet eſſe inter eos ſine nocumēto. vo
luit tamen aliquando ſe abſentare
an̄ tempus debitū paſſioni ſue. oñ
dendo in ſe veritatē humane natuē
⁊ qḋ licitū erat fidelibꝫ ſuis aliq̄ñ
ꝑſecutionē fugē (Erat aūt ī ꝓximo di
es feſt⁹ iudeoꝝ cenophegia) .i. feſtū
tabernacloꝝ dr̄ aūt a cenos qḋ eſt
vmbraculū. ⁊ phagin qḋ eſt cōede
re. ꝗꝛ .vij. diebꝫ comedebāt iudei in
vmbraculis (Dixerūt aūt ad fratres
eius) nō ꝙ eſſent filij marie matris

fue. neqʒ ioſeph ut alias dictū eſt
improbando errorē helindij ſuper
math. i. ca. Nec cognati ſui q̄ erāt
ad aplatum vocati. q2 de iſtis dici
tur infra ꝙ frēs eius nondū crede=
bant in eū. Sed dicunt hic frēs. q2
erāt de cognacōe ſua q̄ ex factis ei9
volebant reportaē glām mūdanā
ſm augꝰ. Unde ſeqtur (Trāſi hinc
a vade in iudeā) h̄ ē in iheruſalē me
tropolim iudee (ut a diſcipuli tui vi
deāt opa tua) dubitabant eī de xp̄i
miraculis vtrū eſſent vera. ꝓpter h̄
ſequit (Neqʒ em̄ frēs ei9 credebant
in eū) Et q2 ſuggerebāt ei malum
ſcʒ glām mundanā querēre: ideō recu
ſauit dicēs (Tps meū nondū venit)
i. tpus glie mee manifeſtande. q2
poſt reſurrcōem erat manifeſtāda
(Tps aūt vrm ſemp eſt patuʒ) q.
d. Tps glie mundane quaʒ q̄ritis
nunc ē in principio h9 ſolemnitatꝭ
Q2 iudei magꝭ vacabant ꝯuiuijs a
leticie in prin° feſti ꝙ in fine qn̄ x9
iuit ad feſtū ut ꝯ patebit. vel aliꝭ.
(Tps vrm ac̄) q. d. vos poteſtis ire
ſecuē. non autē ego inquantū hō q̄
inimicos capitales hēo. ꝓpter h̄ ſe
quit (Non pōt vos odiſſe mund9)
q. d. vos q̄ glām mundanā queri
tis: hoīes mūdanos adūſarios nō
hētis (Me autē odit) q̄ quero glāʒ
dei. a p ꝯn̄s arguo pctā mundano
rum q̄ ſunt ei ꝯtraria. a hoc ē qđ dr
(Q2 ego phibeo teſtiomiū de illo)
i. de mundo. Et accipit hic mund9
nō quantū ad creaturaꝝ ſbam: ſed
quantū ad hoīm maliciā. ſicut ſup
dictū eſt. i. ca. ſup illud. Et mund9
eū nō cognouit (Vos aſcendite ad
diem feſtū hūc) i. ad principiū ſo
lemnitatꝭ tabernaculoꝝ. q2 in prin
cipio magꝭ vacabant hoīes epulis
a leticie ut predictum ē. nō ꝙ inui
tet eos ad talia: ſed oñdendo quid
ipſi q̄rebant q̄ mundana adh̄ ſapi
ebāt tm̄ ut viſum eſt (Ego aūt nō
aſcendā ad diē feſtū iſtum) ſcʒ pri
mū. vn̄ ꝙ poſtea venit in medio ſo
lemnitatꝭ in alia die non ē mētit9.

Et ſubdit cā (q2 tps meū nondū ē
ꝯpletū) Tps ei aptū doctrine verita
tis ꝓpter quā venerat ſaluator non
ſic erat in prin° ſolemnitatꝭ ꝓpter
predcā ſicut circa finē (Hec cū dixiſ
ſet mā̄ſit in galilea) rōne predicta
(Ut aūt aſcende. fra. ei9 tunc a ipſe
aſcen.) ſcʒ ad idē feſtū tabernaculo
rum: non tn̄ cum fratribʒ ſuis. nec
eadē die. q2 ipſi ierunt ad primum
diē illi9 feſtiuitatꝭ. Ipſe autē venit
illuc q̄rta die ut patebit ꝯ. Sicut ei
noluit eſſe in prin° feſtiuitatꝭ ne fra
tribʒ ſuis male pſuadentibʒ videre2
fauē. ſic non debuit ſe oīno ſubtra
here: ne a ꝓplo doctrinā ſalutꝭ ſub=
traheret quā veneāt docē. mod9 au
tem veniendi tangit cū dicit (Non
manifeſte) i. cum magꝰ ꝯmitiua:
ne daret iudeis occaſionē maioris
inuidie (ſed quaſi in occulto) in h̄
ꝯdeſcendēs fidelibʒ q̄ timore mortis
occultandi erant (Iudei gꝰ) Poſtꝙ
euangla ſcripſit aptitudineʒ tpis
ad manifeſtādū originē ſue doctri
ne. Hic ꝯn̄r deſcribit occaſionē ma
nifeſtacōnis dcē. Et diuidit in du
as ſm duas occaſiones hmōi mai
feſtacōis. ſcđa ponit ibi Iā au. di
fe. Prima occaſio fuit inueſtigatō
iudeoꝝ xp̄m querentiū. quoꝝ aliq̄
eū q̄rebant ut interficerent. alij autē
ut doctrinā eius deuote audiēnt. a
ideo debuit apparē a docere. ut oſtē
deret ꝙ mali nocere nō poterāt niſi
quantū pmittebat. Sicut em̄ ſe oc
cultando oñt infirmitatē humani
tatꝭ. Ita cōfidenter inter inimicos
apparendo. a exiſtendo oñt potenti
am deitatꝭ. Debuit etiā apparere ꝓ
ter bonos: ut eius doctrinā origīa
tam a deo oñderet: ut attenti9 eū de
ſiderarent. a h̄ eſt qđ dicit. (Iudei
gꝰ querebant eū in die feſto) dupli
ci de cā ut dictū eſt (Et dicebāt vbi
eſt ille) Q2 illi qui q̄rebant euʒ ex
odio: dedigꝰbant eū noīare ꝓpo noī
ne. Illi aūt q̄ querebāt eū ex deuo
tione ita reputabāt eū famoſum a
autenticū ꝙ nō oportebat exp̄mē

x. v.

nomen ꝓpriū ⁊ iō quantū ad eos ſē
ſus eſt (vbi eſt ille) q·dicāt vbi eſt
ille q̊ tātus ⁊ tał eſt ⁊ facit tot miā
cula (et murmur multus erat de eo
in turba) ꝓpter ↄtrarietatē opinio
nū de eo·iō ſequi² (Quidā em̄ dice
bant q2 bonus eſt) approbādo eius
doctrinā ⁊ miracula (Alij autē dice
bant non ſ3 ſeducit turbas) ex h̄ ꝙ
malignātes dicebāt turbas eē ſe⸗
ductas ab eo·p3 ꝙ maior ps ſcd̄m
numerꝝ dicebat ↄtrariū q2 erāt pri
cipes ꝓplī illi q̊ dicebāt eū ſeductorē
vn̄ ſequiꝛ (Nēo tn̄ palā loquebaꝛ
de eo)·ſ· i bonū (ꝓpter metū iudeoꝝ)
·ſ·illoꝝ de tribu iuda·l3 em̄ om̄s de
ꝓplo aliqn̄ noiēnꝛ iudei tn̄ ſpēali
mō ſic noiānꝛ illi de tribu iuda· et
iſti grauiꝰ mouebā²ↄ xp̄m·eo ꝙ in
ſcptūris xp̄s erat ꝓmiſſus de tribu
eoꝝ·Jpſi aūt reputabāt iſtū gali⸗
leum ⁊ ab eis extraneū· ꝓpter ꝙ eti
am ſacerdotes repudiabāt eū vt dr
in fine hꝰ ca·(Jā em̄) Hic po² ſecū
da cauſa ·q̄ eſt admiratio turbe in
doctrina xp̄i· ⁊ iō debuit oñdere vn̄
originareꝛ excellētia ſue doctrine·
⁊ h̄ eſt q8 dr (Jā aūt die feſto me⸗
diante)·Dies feſtus h̄ dr totū tēpꝰ
illius ſolēnitatis q̄ durabat p·vij·
dies·⁊ ſic mediū hꝰ feſti erat in q̄r
ta die (Et tunc aſcēdit ih̄s in tem⸗
plū ⁊ docebat) q2 ibi eſt locus ap⸗
tus ⁊ cōis ſane doctrine (⁊ mirabā²
iudei) ꝓpter rē inſolitā·Credebāt eū
ip̄m eſſe filiū ioſeph·⁊ p cōſequēs
occupatū in laboꝛe corpali·Sciebāt
etiā ip̄m non eē exercitatū i ſtudio·
tn̄ videbāt eū excellētiſſime docentē
legis ⁊ ꝓphaꝝ teſtimonia pferentē
⁊ iō merito mirabanꝛ vn̄ tanta ex
cellentia doctrine originabaꝛ· ⁊ h̄
eſt quod dicitur (Quomodo hic lit
teras ſcit cum non didicerit Reſpō
dit ihesus) Hic cōſequenter expri⸗
mitur origo illiꝰ doctrine·Et diui²
in·ij· q2 p̊ oñdit doctrine ſue origi
nem·ſecūdo inuitat ad ip̄a3 ibi·Jn
nouiſſimo aūt·Pria in·ij·q2 p̊ oñ
ditur origo doctrine· ſecundo origo
doc̄etes·ibi·Dicebāt g̊·Pria in·iij
q2 p̊ ꝓponit intentū·⁊ ſecūdo pbat
ꝓpoſitū·ibi·Si q̊s voluerit·⁊ tercio
ↄcludit·ibi·nolite iudicare·Jn pri
ma g̊ pte ꝓpoīt ꝙ doctrina ſua ori⸗
ginaꝛ a prē·d·(Mea doctrina non
eſt mea) q·d·iſta doctrina que eſt
mea approbatiue ⁊ ſubiectiue non
eſt mea p exercitiū acq̊ſitionis hu
mane (Sed eius q̊ miſit me) ·i·data
eſt mihi a prē·q2 filius ſc̄m diuinā
naturā l3 habeat eandē ſcientia3 cū
prē·tn̄ hab3 eā ab ip̄o vt ſupius fre
quenter dictū eſt· ſc̄m vero natura3
humanā h3 aliā ſcientiā·ſ·creatam
nō tn̄ h3 eā p exercitiū acquiſitā·ſ3
ab inſtāti ↄceptionis infuſam ·Et
ſic ſoluta eſt queſtio quā q̄rebant
Quō hic lrās ſcit ⁊c̄. Alio modo ex
ponit augꝰ·d·ꝙ filius eſt verbum
patris·Et q2 verbū alicuius idem
eſt ꝙ doctrina ſua·iō ſequiꝛ ꝙ filiꝰ
ſit doctrina patris·filius igitur eſt
doctrina p ydēptitatem non tamen
p originē·q2 a ſe nō originaꝛ : ſed
a prē·Eſt igiꝛ ſenſus ſc̄m auguſti·
(Mea doctrina non eſt mea)·q·d·
Ego qui ſum doctrina patris nō ſū
a meip̄o ſ3 a prē expoſitio tn̄ prima
magis ↄcordet lrē·(Si q̊s) Hic ↄñr
pbat ꝓpoſitū·ſ·ꝙ ſua doctrina ſit a
prē ſibi data·Et diuidi² in·ij·quia
p̊mo inducit ſuā pbationē· ſecūdo
remouet quandam obiectionē·ibi
Nōne moyſes Prima in duas ſc̄m
duas pbationes quas inducit·ſe⸗
cunda·ibi Quia a ſemetip̄o·prima
pbatio pcedit ex alioꝝ iudicio·A⸗
mor em̄ ⁊ odiū multū puertūt iudi
cium rōnis·⁊ ideo mouet eos vt a⸗
moueant odiū q8 ↄtra ip̄m cōcepe
rant·⁊ tūc potuerūt manifeſte iu⸗
dicarē ꝙ eiꝰ doctrina ſit a deo prē eā
p miracula teſtificāte· q2 nō pōt eē
teſtis falſitatis vt ſupra frequēter
dictū eſt ⁊ h̄ eſt q8 diciꝛ (Si quis)
voluntatē eius voluerit facere)·ſ·pa
tris celeſtis puerſam affectōnem a
ſe abijciendo (cognoſcet)·i· vere po
terit iudicare·q2 paratus ſum eius

iudicio ↄmittere (vtrũ ex deo ſit. an
ego a meipõ loquar) Nõ eſt p hoc
intelligendũ ꝙ filius in aliq̃ poſſit diſ
cordare a pr̃e. q2 hoc eſt impoſſibi
le. ut ſupra declaratum eſt. ſed loq̃t
eis ſcḋm eorũ opinionẽ q2 reputabãt
eũ purũ hoiem. q. d. An ego a meip
ſo loquor glãm humanã falſo q̃
rendo ut vos eſtiatis (Qui a ſemetip
ſo) Hic ↄñr pbat ꝓpoſitũ ꝓprio fa
cto. q2 in doctrina ſua q̃rebat glãz
pr̃is celeſtis. et ſic ptʒ ꝙ illa doctri
na erat a deo. Omne eñ qḋ eſt ad
dei glãm ordinatũ ab ipſo eſt et hoc
eſt qḋ dicit (Qui a ſemetipſo loqui
tur) falſa de ſe fingẽdo (ꝓpriam glãz
querit) q2 ſupbia excitat euʒ ad ſic
loquendũ (Qui aũt querit glãm
eius q̃ miſit illum) i. dei pr̃is (Hic
verax e) in doctrina. (Et iniuſticia
in illo non ẽ) q2 irreprehenſibilis eſt
in vita. Sic autẽ faciebat xp̃us. q2
ſtatũ paupertatis et abiectionis ele
git. et glãm dei in omnibʒ q̃ſiuit. et
pʒ ꝓpoſitum (Nonne moyſes) Hic
remouet quandã obiectõem q̃ poſ
ſet fieri in ↄtrariũ q2 poſſent dicere
et de facto dicebãt. tua doctrina nõ
eſt a deo. q2 legẽ dei datã moyſi nõ
cuſtodis violando ſabbatũ. hoc ei
ei imponebãt ut ſupradictum eſt.
Hanc aũt obiectionẽ remouet du
pliciter. ſcḋo ibi. Rñdit ihũs. Pri
mo igit remouet obiectionẽ predi
ctã p hoc. dato ꝙ eſſet trãſgreſſor
legis: non tñ hebant titulũ arguẽ
di ipſũ: cũ eſſent trãſgreſſores legꝭ
manifeſte in maioribʒ. et hoc eſt qḋ
dicit (None moyſes dedit vobis le
gem) q. d. Vos eſtis obligati ad
eius obſeruacõem magꝭ ꝙ̃ ego. q2
ſcḋm veritatẽ nõ erat obligatus (Et
nemo ex vobis facit legẽ) qḋ ꝓbat
p effectũ dicens. (Quid me q̃ritis
interficere) Lex eñ ꝓhibet interfectõem
innocẽtis Et q2 nõ poterãt rõnabi
liter rñdere: ↄuerterũt ſe ad ↄuicia
Vnde ſeq̃tur (Rñdit turba) i. hoies
turbati (Demoniũ habes) qḋ patʒ
manifeſte falſuʒ. q2 demonia expel
lebat (Quis te q̃rit interficere) q̃ſi
dicerent. nos nõ q̃rimus. et in hoc
mentiunt ſicut in primo. q2 q̃rebãt
mortẽ eius ut dictũ eſt in pricipio
huius ca. (Rñdit ihs) Hic alio mõ
excludit obiectõem predictã: oſtẽ
dens eam falſã. Ex hoc eñ dicebãt
eũ trãſgreſſorẽ legis ꝙ languiduʒ
ſanauerat die ſabbati. ut ſupradi
ctũ eſt. v. ca. et tñ in hoc nõ fuit trãſ
greſſor ut ibidẽ fuit dictũ et hoc idem
oñditur alio mõ. ſcʒ p circũciſioneʒ
quã licite accipit hõ in ſabbato. et
hoc eſt qḋ dr (Rñdit ihs et dixit eis)
reprimendo eorũ maliciã (Vnũ opus
feci) ſcʒ notũ vobis (et oẽs miramini
mi) i. turbamini) q. d. quãtum tur
baremini ſi vidiſſetis oĩa facta me
a male interp̃tantes ea. (Propterea
moyſes dedit vobis circũciſionem)
in lege eã ſcribendo (Non q2 ex mo
yſe ẽ) ſcʒ primo (ſed ex patribʒ) Que
data eſt a tp̃e abrahe. ut ptʒ gene.
xviij. et ſic pʒ ꝙ circũciſio eſt maio
ris autoritatis. q2 data eſt ipſi abr̃
he q̃ erat pr̃ principalis ꝓplī (Et in
ſabbato circũciditis hoiem) abſq3
legis trãſgreſſione. q2 preceptũ eſt
ꝙ octaua die circũcidat puer. et idõ
ſi octaua dies ſit in ſabbato circũ
cidit puer. nec aliq̃ tranſgreſſio re
putat. ex hoc arguit ſaluator. (Si
circũciſionẽ accipit hõ in ſabbato.
ut non ſoluat lex moyſi) ut pʒ per
predicta (Mihi indignamĩ. q2 to
tum hoiez ſaluũ feci in ſabbato) q.
d. hoc ẽ valde irrõnabile. q2 magis
licita ẽ et melior ſanatio hois in aĩ
ma et corpe: ꝙ̃ ſit ipſa circumciſio et
magꝭ ad dei glãm (Nolite iudica
re) Hic ex predcĩs ↄcludit intentũ.
ſcʒ ꝙ eius doctrina ſit a deo ſi recte cõ
ſideret. et hoc ẽ qḋ dicit (Nolite iudi
care ſcḋm faciẽ) i. attendentes ad id
qḋ ñ ptinʒ ad rẽ. qḋ ſit qñ amor vel
odiũ attendit. ꝓpter qḋ aliter q̃m
ſcḋm veritatẽ iudicatur (Sed iuſtũ
iudiciũ iudicate) id eſt de doctrina
mea et factis meis iudicate. ſcḋm
naturã rei in ſe. et tunc inuenietis ꝙ

eſt a deo ſm veritatē (Dicebāt ergo) de
clarata origine doctrine hic oñr ori
go doctoris. Et diuiꝰ in duas. qꝛ pͦ
circa hoc poꝰ ꝑplī dubitatio. ſecundo
xp̄i ſolutio. ibi. Clamabat ergo Circa
primū ſciendū qꝫ multi de ꝑplo ſcie
bant pn̄cipes querere mortē xp̄i. et
ideo cū vidiſſent eū in palā docentē
et pn̄cipes arguentē et ip̄os nō ꝯtra
dicere. crediderūt fortius ipſuꝫ eſſe
xp̄m. trahentes argumentuꝫ ex fc̄o
principū qui nō capiebāt eū cuꝫ tn̄
prius ad mortē quererēt eū quaſi
ipſi de nouo hr̄ent noticiā qꝫ ip̄e eſ
ſet vere xp̄s eis ꝓmiſſus. et ideo ab
eius pſecutōne ceſſaſſent: et hoc eſt
qđ dicit (Dicebāt ergo quidā de ihero
ſolimis) Iſti em̄ ſciebāt meliꝰ ma
liciā principū qꝫ alij. qꝛ manebant
cū eis in ciuitate (Nonne hic ē quē
querūt interficere) toto conatu ſuo
(Ecce nūc palā loquit) et ꝯtra eos
vtꝫ p p̄dicta. qꝛ dixit nemo ex vobis
facit legē (et nihil ei dicūt) .i. ipſum
non capiūt qꝛ bene aliqua verba ei
dicebāt vtꝫ ex p̄dictis (Nunqđ ve
re cognouerunt pn̄cipes qꝛ hic eſt
xp̄s) .q.d. videt qꝫ ſic eo qꝫ deſiſtūt
ab eius pſecutione. verūtamē qꝛ nō
hēbant certitudinē: ſed tm̄ opinio
nem. idō etiā arguebāt ad ꝯtrariū
dicētes (Sed ſcimus hūc vn̄ ſit) qđ a
patriā et genus eius cognoſcebāt.
(xp̄s aūt cū veniet nemo ſcit) id eſt
ſciet (vn̄ ſit) Iſta aūt accipiebāt ex
ſcriptura pſa. liij. que ad lrām itel
ligitur de xp̄o Generationē eius qs
enarrabit. et pſa. xlv. vere tu es deꝰ
abſconditus ſaluator pſrahel (Cla
mabat) Poſita dubitatōne ꝑplī cir
ca originē xp̄i. hic poꝰ p̄dicte dubi
tationis ſolutio. Et diuidiꝰ in .ij. qꝛ
pͥmo declarat xp̄s originē ſuā. ſecū
do terminū ad queꝫ tendebat. ibi.
Dixit ergo ihs adhuc modicū Prima
adhuc in duas. qꝛ pͦ declarat xp̄i
origo. ſecūdo ex hoc orit turbe diuiſio
ibi. Querebāt In pͥma ergo pte diciꝰ
ſic (Clamabat ergo ihesus) in quo oñ
ditur magnitudo ſui affectꝰ ad no
ſtram informationē (in templo do
cens) vt oms poſſent eū audire (et
dicens) eorū dubitationi rn̄dendo.
(Et me ſcitis) quantū ad hūanita
tem. patriā et genns cognoſcendo.
ſꝫ quantū ad diuinitatē me neſcitis
iō ſequit. (Et a meip̄o nō veni) ſed
a prē quē ignoratis (Sed eſt verus
qui me miſit) quia in hoc implet
ꝓmiſſū de filij miſſione. (Quē vos
neſcitis) qꝛ deū nemo vidit vnq̄. vt
ſupra dictū eſt. j. c. Et ꝓinde me nō
cognoſcitis. cū ſū eius filius natuā
lis eq̄lis ei in natura deitatis (Ego
ſcio eū) qꝛ inquantū deus filius hꝫ
eandē ſcientiā cū prē et ſic eū ꝯp̄hen
dit. ſm etiā qꝫ hō eū clare vidit a pn̄
cipio licet nō ꝯp̄hendat. Et cā hu
ius noticie ſubdit cū dicitur (quia
ab ip̄o ſum et ip̄e me miſit) p hoc em̄
qđ ꝓcedit a prē in natura diuīa hꝫ
ſcientiā primā que eſt ſciētia ꝯpre
henſionis p hoc aūt qꝫ miſſus eſt ī
natura hūana ad ſalutē mūdi. ha
bet in natura hūana plenitudineꝫ
gratie et ſciētie. q̄ pōt in natura cre
ata recipi. (Querebāt ergo) Hic oñr
ponit ꝑplī diuiſio ſequēs ad rn̄ſio
nem xp̄i. qꝛ ea audita maligni exā
ſerunt in malicia. et boni fuerunt in
fide ſolidati. et hoc eſt qđ dꝛ (Que
rebant ergo eū app̄hendere) ad occi
dendū malignātes (et nemo miſit
in illū manus). Quia nō poterant
explere maliciā in effectu niſi quā
tum pmittebat ideo ſequit (Quia
nondum venerāt hora eius) .i. ab eo
ordinata de captione ſua (De tur
ba aūt multi crediderūt in eū) ꝓpt
eius doctrinā et miracla iō ſeqꝰ (Et
dicebāt) xp̄s cū veneit nunqđ pla
ſigna faciet qꝫ que hic facit) .q.d.
nō eſt alius expectandus qui pla
faciat. ideo firmiter tenendū qꝫ hic
eſt xp̄s. Audierāt em̄ añ qꝫ in ad
uentu xp̄i multa mirābilia debebāt
fieri et ſm veritateꝫ tot videbāt fieri
pn̄tialiter qꝫ ꝯuincebāꝰ credere ip̄m
eſſe xp̄m. (Audierūt phariſei tur
bam murmurantē de illo hec) Et bn̄

dicit murmurantē. qꝛ nō audebāt
bene ꝯfiteri in palā. Veruntñ pha
riſei audientes tāta bona de xp̄o: do
luerūt: ⁊ ꝑparauerūt miniſtros p
principes ad capiendū ipſū. ⁊ hoc
eſt qd̄ dr̄ (Et miſerūt principes ⁊c̄)
(Dixit ḡ ih̄s) Poſtq̄ xp̄s oñdit ſu
am originē) Hic ꝯſeqnter declarat
terminū ad quē tendebat. Et diui
dit in duo. qꝛ primo oñdit ꝓpoſitū
Scd̄o ex h̄ ſeqtur admiratio turba
rum. ibi. Dixerunt ḡ. Terminꝰ ad
quē xp̄s tendebat ē ipē pr̄. ad quē
p mortē rediȷ̄t: inquantū p h̄ glaꝫ
corpis ⁊ exaltacōem accepit. ⁊ hoc
eſt qd̄ dicit q̄ſi rñdendo intētioni q̄
rentiū ipſum cape. (Adhuc modi
cum tp̄s vobiſcū ſum) q. d. non mō
implebitis qd̄ vultꝭ. qꝛ adhuc mo
dico tpe volo manere in ꝓplo ad do
cendū ⁊ miracula faciendū (Et va
do ad eum q̄ miſit me) P mortē ei
iuit ad prēm: pactis tñ predictis.
(Queritis me) qꝛ poſt aſcenſioneꝫ
eius in celuꝫ: iudei vidētes ſignā p
apl̄os fieri: penitētia ducti reuerſi
ſunt ad fidē xp̄i: dicētes ad apl̄os
Quid faciemꝰ ut h̄etur actu. v. (Sed
nō inuenietꝭ) ſcꝫ ſm pñtiam corpo
ralem: ſed penitētes eū inuenerūt.
ſm pñtiam ſpūalem. Aliter expoi
tur de pñtia corpali. qꝛ poſt appro
pinq̄nte deſtructōe ciuitatꝭ p roma
nos multi iudeoꝝ cognouerūt hāc
miſeriā eis euenire ꝓpter mortē ih̄e
ſu. quē tunc libentꝭ voluiſſent habe
re pñtem ad ſui liberacōeꝫ. Sequitꝭ
(Et vbi ego ſū vos nō poteſtis veni
re) Quare nō dixit vbi vado qd̄ vi
deretꝭ ꝯuenientiꝰ dicere. Dicendū q̄
ſicut ire ad prēm ꝯuenit ei ſm hūa
nitatē in q̄ eſt mutatio. ita eſſe ſēp
apud prēm ꝯuenit ipſi p diuinita
tatē in q̄ eſt idē cum prē in eſſentia
diſtinctus tñ in pſona. ⁊ ad h̄ deſi
gnandū dicit (vbi ego ſū) Dixerūt
ḡ ei) Hic ex verbis xp̄i ponitꝭ turbe
admiratio. Ex h̄ ei q̄ xp̄s dixerat
queritꝭ mea nō inuenietꝭ quaſi du
bitātes arguebāt q̄ deberet a iude

a recedere. ⁊ ire ad predicandū gē
tibꝫ extra terrā iudeoꝝ. ⁊ lrā patet
Sed ex fine verbi arguūt ꝯtrariū di
centes (Et quis ē ſermo quē dixit.
q̄ritis mea nō inuenietꝭ. ⁊ vbi ego
ſum nō poteſtis venire). q. d. Ex h̄
q̄ dixit vbi ego ſum: pꝫ q̄ illud qd̄
dixit. q̄ritis mea nō inuenietꝭ: non
intelligitꝭ p hoc receſſus eiꝰ a iudea.
qꝛ dixiſſet vbi ero. ⁊ nō vbi ſum. qꝛ
tunc erat in iudea cū ꝓtulit verbum
predictū. ⁊ ſic pꝫ coꝝ dubiū circ̄ xp̄i
verbū Sic em̄ debebat loq̄ obſtina
tis: ut vidētes nō viderent. ⁊ audiē
tes nō intelligerēt. ꝑut erat de eis
ꝓphetatū yſa. vi. (In nouiſſimo).
Declarata origine doctrine xp̄i ⁊ oñ
ſo q̄ erat a deo data ⁊ facta. hic ꝯſe
quenter inuitat ad ipſā. Et diui
ditꝭ in duas. qꝛ primo ponitꝭ hmōi
inuitatio. Scd̄o ex hoc ſequens ꝓplꝭ
diſſenſio. ibi. Et illa ḡ turba In ꝑ
ma igitꝭ pte dicitꝰ ſic (In nouiſſimo
aūt die magno feſtiuitatꝭ) .v. ī die
vij. Qꝛ primꝰ dies ⁊ vltimꝰ erāt ſo
lemniores intermediȷ̄s. vel aliter.
(In nouiſſimo) .v. in octauo. qꝛ per
actis ſepte diebꝫ feſtiuitatis taber
naculorū. in octauo die erat feſtuꝫ
cetus vel collecte. ⁊ dicebatꝭ illa di
es ſanctiſſima in lege. Cuiꝰ rō eſt.
qꝛ figurabat ꝯgregacōꝫ ſcōrum in
ſupna felicitate. In illo ḡ die ma
gno ⁊ ſolēni (Stabat ih̄s ⁊ clama
bat) predicando verbū dei. ⁊ ex hoc
inoleuit ꝯſuetudo: ut turbis vulga
ribꝫ fiat ſermo ſtando. religioſis āt
ſedēdo. qꝛ xp̄us docebat diſcipulos
ſuos ſedēdo. ut h̄etur Math. v. (Et
cū ſediſſet acceſſerūt ad eū diſciplꝭ
eiꝰ) Et aperiēs os ſuū docebat eos.
⁊ in pluribꝫ aliȷ̄s locꝭ in euangelio
turbas docebat ſtādo. ut hic habetꝰ
Quid autē docebat ſubditꝭ (Si q̄s
ſitit veniat ad mea bibat) .v. Si q̄s
deſiderat doctrinam vite (veniat ad
me) p fidē formatā (⁊ bibat) aquā
ſapiē ſaluatoris: non ſolū ad ſuffi
cientiā: ſed etiā ad redundantiā qꝛ
fides ⁊ bonitas vnius fidelis debet

ad alios diriuari. qd oñt ſaluator p ſcpturam cuius ſnīa habet pū. v. ſed vba ſunt hic aliquantulum mutata. a h eſt qd dr (Qui credit in me ſicut dicit ſcptura flumina de eius ventre fluent) ad alios p redū dantiā (aque viue) dr aūt ſapiētia diuina aqua viua. qr ɔtinuat hoīez ſuo pncipio .ſ. deo (h aūt dixit de ſpiritu ſancto) hͣ ſūt vba euāgeliſte exponentis verbū xpi pdictū de acceptione ſpūſſcī ī ſigno viſibili. ſicut acceperūt apli in die penth. qr ex illa acceptione ɔfacta eſt redūdantia fidei in pdicatōne euāgelij p totum orbē (quē accepturi erāt credētes in eū) Quis em apli hērent grāz ſpūſ ſancti añ illā diē penth. nō tam ita plene. a ppter h nō receperāt in ſigͦ viſibili qd denotat grē pleitudiēz cuius tñ cauſa ſubdit (Nondū erāt ſpūs datus) in tali plenitudine a ſigno viſibili (Quia ihs nondū erat glorificatus) Ad hoc em dat ſpūſ ſanctus vt trahant corda fidelium ad celeſtis glie deſideriū. nihil aūt deſiderat niſi apphendat vt poſſibile. poſſibilitas aūt hūane natuē ad aſſecutionē celeſtiuz manifeſtat p glificationē hūanitatis in xpō a iō prius debuit glorificari ꝙ daretur ſpūſſanctus in ſigno viſibili vt per factū videret aditus regni celeſtis poſſibilis hoī. (Ex turba) Hic ɔñr deſcribit ppli diſſenſio ſequens ad verba xpi. a pmo inter pplares. ſecundo inter pncipes. ibi. Venerunt ergo miſtri. In pma ǵ parte dr ſic (Ex illa ǵ turba cū audiſſent hos ſmones eius dicebāt) .ſ. illi ꝗ vere credebant (Hic eſt vere pphā) id eſt anthonomatice dictus ppheta qui promiſſus eſt deut. xviij. pphām ſuſcitabit deus ꝛcͣ. qd ad lrām intelligitur de xpō vt dictū eſt ſ. c. vj. (Alij dicebāt h eſt xps) Iſti erāt in fide feruētiores pdictis. qr fidei veritatē aptius ɔfitebāᷓ (Quidā aūt dicebant) ɔtradicēdo pcedentibz (Nunqd a galilea venit xps) .q.d. nō. et ppter h nō eſt xps. qr eſt galileus Et adducunt p ſe argumentum ex ſcptura. d. (Nōne ſcptura dicit ꝗa ex ſemine dauid a de caſtello bethleem vbi erat dauid) qñ fuit inunctus in regem (venit xps) .q.d. ſic. Sciendū ꝙ ſcptura in plibz locis p dixit xpm eſſe de ſemine dauid. potiſſime ihere. xxiij. Suſcitabo dauid germen iuſtū ꝛcͣ. qd intelligitur de xpō. vñ in fine autoritatis ſubdit. Et h eſt nomē ꝙ vocabūt eum dñs iuſtus noſter. Silr ꝙ in bethleē caſtello naſceret ſcriptū eſt miche. v Et tu bethleem effrata ꝛcͣ. ſequit. Ex te mihi egredieť qui ſit dñator ī yſrahel. Et vtrūqz erat verū de xpō Quia de dauid deſcendit ſm carnē a in bethleē natus eſt vtz math. ij. a luce. ij. Sed ipi hoc ignorabāt eo ꝙ nutritus fuerāt in nazareth (Diſſenſio itaqz facta eſt in turba ppter eū. qr ibi erāt cōtrarie opiniones de eo. vtz ex pdictis (Quidā autez ex ipſis volebāt apphendere eū) ſed repreſſi ſunt diuina virtute. ideo ſeqtur (Sed nemo miſit ſup eū manꝰ) qr nihil poterāt ei facere niſi quātū a quando ipē pmittebat (Venerūt ergo) Hic ɔſequēter ponitᷓ diſſenſio quo ad pncipes. Et diuidit in duas. qr primo oñditur diſſenſio eoꝝ erga miniſtros. ſecundo principum ad inuicē. ibi. dicit nicodemus Turbatio principū erga miniſtros fuit ex h ꝙ nō ceperāt ihm. qr ad h miſſi fuerant. vt pdictum eſt. a patet lrā (Reſponderunt miniſtri) ſe excuſantes (Nunꝗ ſic locutus eſt hō ſicut hic homo loquiᷓ) .q.d. Ita bene loquitur ꝙ nō videť homo purus ſed plus. ppter qd temerariū eſſet ponere ſup eū manus (Rñderunt ǵ eiſ pharisei) ex inuidia moti (Nunqd a vos seducti eſtis) .i. extra veritatē ducti. q.d. patet ꝙ ſic. qd cōfirmāt exemplo maioꝝ a legiſperitorū dicentes. (Nunquid ex principibz). id eſt ex ſacerdotibus qui principabantur in pplo (aliquis credidit in

cū. aut ex phariſeis) qui videbāt
religioſiores alijs. q. d. null9 ex tali
bus credidit. hoc tñ falſum erat. qꝛ
multi de iſtis crediderūt xp̄o. occul
te tñ: ne de ſinagoga expelleren̄ ut
habet infra. xij. ca. (Sed turba hꝫ)
ſcꝫ credidit. q̄ de facili ſeduci pōt ꝓp
ter ignorantiā. ideo ſubdit (q̄ non
nouit legē. maledicti ſunt) hoc acci
piebāt ex hꝫ qd dicit deutro. xxvij.
Maledict9 qui nō pmanet in lege
ꝛc. (Dixit nicodem9) Hic po9 diſſen
ſio principū adinuicē ꝓpt verbū ni
codemi excuſantis ihm. qꝛ occulte
credebat in eū. ideo voluit eū excuſa
re ex lege dicēs (Nunq̄d lex nrā iu
dicat hoiem: ni pri9 audierit ab ip
ſo). Volebat em̄ p hoc inducē eos
ad audiendū xp̄m. ut p verba ei9
ꝯuerterent ſicut ipſe fuit ꝯuerſus (ꝛ
cognouerit quid faciat) qꝛ in dam
nacoe hois non leuit eſt pcedendū
(Rn̄derunt ꝛ dixerūt ei) de veritate
turbati. Quia hoīes inuidia ꝛ ira
cundia agitati nō recipiūt pſuaſio
nē (Nunq̄d ꝛ tu galile9 es) .i. diſci
pulus hui9 galilei (ſcrutare ſcrip
turas) .i. diligent ꝯſidera. qꝛ videt
ꝙ nihil de eis ſcias (Et vide qꝛ ꝓphe
ta a galilea nō ſurgit) Hoc verbuꝫ
eoꝝ ſimpliciter eſt falſū. Qꝛ ſi intelli
gat de ꝓphetis generalit aliqui fue
runt nati de galilea. viꝫ heliſe9 tho
bias ꝛ delbora ꝓphetiſſa ꝛ forte plu
res alij. Si autē intelligat de ꝓpha
ꝓmiſſo ad ſalutē ꝓpli qui ē meſſi
as ut freq̄nter dictū eſt: ſic etiā fal
ſum eſt v̄bum eoꝝ. qꝛ de ipſo ſcribi
tur yſa. xi. ꝙ debet eſſe nazare9 ꝛ p
ꝯn̄s de galilea. qꝛ nazareth ē in ga
lilea. Dicit em̄ de xp̄o yſa. xi. ſcd̄m
veritatē hebraycā. Egredietur virga
de radice yeſſe: ꝛ nazaren9 de radi
ce eius aſcēdet. Hoc aūt poterat rn̄
dere nicodem9 q̄ erat legiſperit9 ſed
nō fuit auſus. nec mirū. qꝛ etiā apo
ſtoli illo tp̄e erāt timidi (Et reuer
ſi ſunt vnuſquiſqꝫ in domū ſuā) qꝛ
eoꝝ cōſiliū p diuiſionē fuit diſſipa
tum. Hic querit vtrū xp̄s fuit pro

pheta. Et arguitur primo ꝙ non.
Qꝛ ꝓphecia ptinet ad cognicōeꝫ in
tellectiuā. ut pꝫ dan̄. x. Intelligen
tia op9 eſt in viſione. xp̄us aūt ſcd̄m
ptem intellectiuā erat in ſtatu bti
tudinis. in q̄ non manet ꝓphecia: ſꝫ
magis euacuat ꝛ ceſſat. ut hetur .i.
chorin. xiij. ergo ꝛc. Itē cognitio p
phetica quandā obſcuritatē impor
tat. ideo dr ꝓpheta quaſi pcul fans
In xp̄o aūt nō fuit enigmatica co
gnitō. qꝛ ab inſtanti ꝯcepcōis aīa
ei9 vidit clare eſſentiā diuinā. ergo
ꝛc. Contrariū pꝫ in lrā. Itē in lege
ꝛ ꝓphetis predict9 fuit venturus ſic
propha anthonomatice dict9. Rn̄
ſio. Dicendū ꝙ ꝓpheta ſcd̄m noīs in
terpretacōm dicit quaſi pcul fans:
inquantū annūciat ea q̄ ſunt lōgi
qua ab hoīm cognicōe. Hec aūt lō
ginquitas pōt dupliciter intelligi
Vno mō reſpectu prophe annūciā
tis: ita ꝙ ea q̄ annūciat ſunt ab ei9
cognicōe longinq̄ ꝓpt obſcuritatē
ſue cognicōnis. ꝛ hoc nō ptinet ad
pfectionē propheciē: ſed magis ad
defectū. ut pꝫ nume. xij. ca. vbi mo
yſes dicit excellētior propha: eo ꝙ
deū palā ꝛ non p enigmata videāt.
quē alij cognoſcebāt in ſomno ꝛ vi
ſione. Alio mō intelligit iſta longi
quitas reſpectu alioꝝ hoīm cuꝫ qui
bus propha ꝯuerſat quibꝫ annū
ciat occulta. ꝛ hꝫ eſt de rōne prophe
cie. ꝛ idō aug. xvi. ꝯtra fauſtū dic
ꝙ ex hꝫ aliq̄s dicit propheta. qꝛ an
nūciāt ea q̄ ſunt longinq̄ a ꝯmuni
cognicōe hoīm cū quibꝫ ꝯuerſat in
via. xp̄s autē ante paſſionē ſuam
quantū ad ptem ſenſitiuā erat vi
atorꝛ cū alijs hoībus ꝯuerſabat ꝛ
ideo q̄uis clare videret ſecreta diui
na: tñ erat vere ꝓpha inq̄ntū erant
longinq̄ a cognicōe alioꝝ hoīm cū
quibꝫ ꝯuerſabat ꝛ quibꝫ annūcia
bat illa. Angeli aūt in nullo fūt vi
atores. qꝛ eoꝝ ꝯuerſatio nō eſt cuꝫ
hoībus. ut hetur dan. ij. ꝛ ideo nō
pn̄t dici prophete ex hꝫ ꝙ annūciāt
hoībus occulta. Per dicta patet

ad argumēta Ꝗuis enī xp̄s quan
tum ad ꝑtem intellectiuā eſſet bea
tus: nō tñ erat oīno extra ſtatū vie
⁊ iō nō euacuaba² in illo tō ꝓphetie
añ paſſionē: ſed p⁹ reſurrcōem fuit
euacuata. qꝛ ampli⁹ nō erat in via.
⁊ ſic pꝫ primū argu^m Ad ſcḋm ſili
ter pꝫ ex dictꝭ qꝛ obſcuritas cogni
tionis in ipſo ꝓpheta nō eſt de pfe
ctione ꝓphetie.

## Capitulum Octauū.

Ihesus āt) Declarata origi
ne doctrine xp̄i. Hic ɔñr po
nit ipſa doctrina. Ipſa aūt
hꝫ virtutē illūiatiuā ⁊ viuificatiuā
ideo ſic ꝓcedit. qꝛ primo declarat e⁹
virtutē illūiatiuā. ſcḋo virtutē viui
ficatiuā. c. x. ibi. Amen amen dico
vobis. Prima in duas. qꝛ primo
oñditur eius virtus illūiatiua ꝑ v
bū. ſcḋo ꝑ ſenſibile ſignū ca. ix. Et
preteriēs ihs. Prima in. d. qꝛ p̄mo
euangl'a introducit xp̄m docentē.
ſcḋo oñdit doctrine ei⁹ virtutē. ibi.
Iterꝝ g̊. Prima in duas. qꝛ primo
ponit doctrina veritatis. ſcḋo ɔfuta
tio falſitatꝭ. ibi Adducūt autē. Circ
primū ſciendū ꝙ debitus mod⁹ do
cendi veritatē fidei ē primo haurie
in orōe. p⁹ effundere ꝓplo in predi
cacōe. ⁊ ideo xp̄s volens dare ex^m
predicatoribꝫ ecc̄e aliqñ añ predi
cationē ſeqſtrabat ſe in orōe. h̄ eſt
qḋ dr (Ihus autē perexit in montē
oliueti) cauſa orandi. qꝛ dom⁹ mar
the in q̄ hoſpitaba² erat ꝓpe montē
illū (Et diluculo iterū venit in tem
plū) ad oñdendum in eo zelum aīa
rum (Et oīs populus venit ad eū ⁊
ſedens docebat eos) de ſalute aīma
rum. Quid autē tunc dixerit pret
mittit euangeliſta. qꝛ principalit
intendebat deſcribere illa ex quibꝫ
eius deitas manifeſtabat. ex qui
bus diſſenſio iudeoꝝ ɔtra eum ori
ebatur (Adducunt) Hic cōſequen
ter ponit confutatio falſitatis. Et
diuidit in duas. qꝛ primo poni²tu
deoꝝ maligna interrogatio. ſecū
do ſubiungit xp̄i benigna reſpōſio
ibi. Ihs autē inclinās. In prima
ergo ꝑte dicit ſic. (Adducūt autē
ſcribe) i. illi qui habebāt noticiam
ſcripturaꝝ (⁊ phariſei) q̄ videbant
ꝑ aliis religioſi (mu. in adul. dep.)
Si querat quare nō adduxerūt ad
ulterū eius cū ſcḋm legem eſſet ea
dem pena plectend⁹. Pōt dici ꝙ ꝑ
hoc voluerunt ponere ſuſpitionē in
corde populi ꝙ fuiſſet aliquis diſci
pulus eius. et ideo nō adduxiſſent
eum ad eius iudiciū Vel aliter for
te adulter erat diues. et ideo ꝓ pre
cio ipſū liberauerāt. proponunt er
go queſtionē brigoſam. qꝛ reſpon
ſio ad quamlibet ꝑtem videbatur
eſſe cōtra xp̄um ut videtur (Magi
ſter. hec mulier). in quo allegant
preſentiā ꝑſone. ⁊ preſentiaꝫ facti
cum ſubdit (Modo dep̄henſa eſt in
adulterio) Et arguūt grauitatem
criminis ex grauitate pene ꝑ legē
inflicte cū dicit. (In lege aūt moy
ſes mandauit nobis hmōi lapida
re) leuiti. xx. (tu ergo quid dicis).
⁊ ſubdit cā queſtionis (Hoc autē
dicebant temptātes eū) ad capien
dum ipſū ex rñſione ut poſſent ac
cuſare eū. Videbant enī tantā eius
manſuetudinē ⁊ miſericordiā ꝙ ꝓ
babiliter credebāt eum iudicare ip
ſam dimitti. ⁊ ſic accuſaret ab eis
ut trāſgreſſor legis. ꝓpter qḋ redu
xerīt legem ad memoriā: ne poſſet
excuſari ꝑ legis obliuionē Si autē
econtrario diceret eā lapidandā vi
deret dicere ɔtra alia ſua dicta ⁊ fcā
q̄ erāt de pietate ⁊ mīa (Ihesus āt)
Hic ponitur xp̄i benigna reſpōſio
Et diuidit in duas. qꝛ primo oſtē
ditur ꝙ in ſua reſponſione iuſticiā
tenuit. ſecūdo ꝙ a miſericordia nō
declinauit. ⁊ ꝑ hoc vtramqꝫ coꝝ ca
uillationē euitauit. ſecūda ibi. Eri
gens aūt. Circa primū ſciendū ꝙ
ſuā ſententiā ſcḋm modū iudicialē
primo ſcripſit. poſtea ꝓtulit. h̄ eſt
qḋ dici² (Ihs autē inclinās ſe deor
ſum digito ſcribebat in terrā) illud

q̄8 poſtea ꝓtulit ad maiorē certitu
dinē (Cum autē pſeuerarent interro
gantes eū: erexit ſe) ad eorꝝ impor⸗
tunitatē reprimendū (a dixit· Qui ſi
ne pctō eſt veſtrū: primꝰ in illā la
pidē mittat) q·d· Punia᷑ peccatrix
ſed nō a pctōribꝫ· impleat᷑ lex quā
allegat᷑: ſed nō a tranſgreſſoribꝫ le
gis· In inferendo em̄ penā iuſtam
debet obſeruari debitus modꝰ· (Et
iterꝝ ſe inclinās ſcribebat in terra)
Dicunt aliq̄ ꝙ ſcribebat idē q̄8 pri
us ad oñdendū maiorē firmitatē
ſentētie· Alij dicūt a meliꝰ ut vide᷑
ꝙ ſcribebat eorꝝ pctā: ut eos oſtēde
ret ineptos ad accuſacōē huiꝰ ſcie
ideo ſeq̄tur (Vnꝰ pꝰ aliū exibat ac̄)
q̄ grauioribꝫ criminibꝫ irretiti erāt·
Sed ſi querat᷑ quō ſciebat· Dicēdū
ꝙ nō ſcribebat p ſingula: ſed ꝰ ſina
v̄tute potuit facere· ꝙ in aliq̄ figu
ra ab eo ꝓtracta quilibꝫ eorꝝ vidēt
ſua ꝓꝓa pctā a nō alia· nec ab alijs
videbant᷑ (Et remanſit ſolus ih̄us
a mulier in medio ſtans) Non eſt
intelligendū ꝙ xp̄s remanſit ſolꝰ
ſimpliciter cū illa muliere· q̄ remā
ſerūt cū eo diſcipuli a multitudo po
puli· ſʒ remanſit ſolus a ſuis calū⸗
niatoribꝫ (Erigēs)· Poſito rigore
iuſticie· hic xp̄s ipſuʒ temꝑat dul
core miſericordie· a h̄ eſt q̄8 dicit᷑·
(Erigēs autē ſe ih̄s) ꝯfutatis calū
niatoribꝫ (dixit ei· mulier vbi ſunt
q̄ te accuſabāt) In quo examinat᷑
de accuſacōe· a dñr de ꝯdemnacōne·
(Nemo te ꝯdemnauit)· Et ſubdit᷑
mulierꝰ rñſio (Nemo dñe) q̄ receſ
ſerāt ut viſū eſt· Subdit᷑ xp̄i abſo
lutio (Dixit autē ih̄s · nec ego te cō
demnabo) q̄ veni pctōres ſaluare:
non ꝯdēnare (Vade) abſoluta a cul
pa a pena (a iam ampliꝰ noli pecca
re) Saluando em̄ naturā: dānat tm̄
culpā· Circa hoc ſciendū ꝙ h̄ factū
xp̄i non ē trahendū ad ꝯñtiam im
mo dñt ſacerdotes in foro penitēti⸗
ali imponere pn̄iam ſm ꝯditionē
peccantꝰ a peccati· Quia nō habēt
talem ptātem remittendi· poterat

etiā xp̄s illi mulieri tantā ꝯtricōē
dare ꝙ ſufficeret ad deletionē illiꝰ
culpe a pene· a illam ꝯtricōem cog
noſcere· nō ſic autē aliꝰ ſacerdos q̄
nō mouet cor· nec videt· q̄ homo vi
det ea q̄ patēt· ut habet᷑ ·i· Re· xvi·
(Iterū ergo) Poſtq̄ euangeliſta
introduxit xp̄m docentē· hic deſcri
bit doctrinā ipſiꝰ quantū ad v̄tutē
illuīatiuam· Et diuidit᷑ in duas·
q̄ primo ꝓponit᷑ intentū· Secūdo p
bat᷑· ibi· Dixerūt ergo phariſei· Cir
ca primū tria ponunt᷑· Primū eſt
ipſiꝰ xp̄i ſpeciale priuilegiū cū dica
tur (Ego ſum lux mūdi)· Alij ei nō
ſunt lux: ſed ab hac luce illuīati·
ut dictū fuit ·i· ca· nō tn̄ ſic eſt intel
ligendū ꝙ xp̄s ſit ſol iſte viſibilis
ſicut intelligebāt manichei· lux ei
magꝰ ꝓprie dicit᷑ in ſpūalibꝫ q̄ ī cor
poralibꝫ q̄ lux habet rōnem mani
feſtatiui q̄8 ꝓꝓe habet locuʒ in cog
nicōe intellectiua: q̄ ſummū tenet
gradū· a idō ipē deus ſolꝰ eſt lux p
eſſentiā· q̄ ab ipſo oīs noticia deri
uat᷑· Scdō ꝓponit᷑ huiꝰ lucis benefi
ciū cum dicit᷑ (Qui ſeq̄tur me) p fi⸗
dem formatā (nō ambulat in tene
bris) ignorātie a culpe· a p ꝯñs nō
veniet ad tenebras gehēne: q̄ ſunt
terminꝰ predictarꝝ tenebrarū· ꝓpt᷑
hoc math· viij· dicunt᷑ tenebre exti
ores ·i· vltime· P xp̄m ei facta ē ve
ritas ꝯtra tenebras ignorantie · a
grā ꝫ tenebras culpe· a glā dabit᷑
ab eo ꝫ tenebras gehenne Tercio
ꝓponit᷑ hꝰ lucis fructꝰ cum dicit᷑ (Ha
bebit lumen vite) Quia p irradiatiō
nem hꝰ lucis eleuabit᷑ intellectꝰ ad
videndū deū clare· a p ꝯñs affectus
ad fruendū ipſo perfecte· in quibꝫ
ꝯſiſtit vita eterna (Dixerūt ergo)·
Hic ꝓbat iſta tria ꝓpoſita per ordi
nem primo primū · ſcdō ſcdm· ibi·
Dixit ergo iterū· Tercio tercīū ibi·
Amen amē dico vob· ſi q̄s ſermonē
ac̄· Prima in duas· Quia primo po᷑
iudeorꝝ obiectio· ſcdō xp̄i rñſio ex q̄
oñditur primū ꝓpoſitū· ibi· Rñdit
ih̄s· Obiectio autem eorum ꝓcedit

non ex pᵗe dicti. q̄꜡ erat veriſſimum
ſed ex pᵗe dicentis. ⁊ hoc ē qꝺ dicit
(Dixerūt ergo phariſei. tu de teipō
teſtimoniū ꝑhibes. teſtiōniū tuū
nō eſt verꝫ) .i. hn̄s firmitatē dato ꝙ
eſſet verū in ſe. q̄꜡ nullus pōt teſtio
nium ferre a ſeipſo (Rn̄dit iheſus)
Hic ponit xp̄i rn̄ſio. ⁊ excludit eo⸗
rum obiectionē dupliciter Primo oñ
dendo ꝙ ꝯſeqn̄tia nō tenet. ſecundo
ꝙ an̄cedens eſt falſū. ibi. Vos ſcḋm
carnē. Circa primū ſciendū ꝙ teſti
moniū habꝫ firmitatē ⁊ veritatē ex
certitudīe cognicōis. ⁊ ideo hōīs te
ſtioniū de ſe nō ē firmū. q̄꜡ etſi ſe co
gnoſcat: tn̄ freqn̄r inordiate afficiꝰ
ad ſeipſū. deꝰ autē ꝑfecte ſe ⁊ alios
cognoſcit Nec poteſt eſſe diſtortio
in eius affectu. ꝓpter qꝺ teſtimoni
um dei de ſeipſo firmū eſt. teſtiōniū
autē hōīs de deo eſt inualidū ꝓpter
defectū cognitionis. Xp̄s aūt erat
hō ⁊ deus: nec poterat eſſe defectꝰ co
gnitiōis vel inordīatio affectionis
in diuina natura vel hūana. ꝓpter
qꝺ eius teſtimoniū de ſeipō erat fir
mū magis ꝙ̄ qꝺcunqꝫ aliud teſtio
niū. ⁊ ſic pꝫ defectus ꝯſeqn̄tie ⁊ hoc
eſt qꝺ dicit. (Rn̄dit ihs ⁊ dixit. Si
ego teſtimoniū ꝑhibeo de meipſo:
verꝫ ē teſtimo. meū) ſubdit cā (Q̄꜡
ſcio vnde venio aut quo vado) .i. per
fecte cognoſco prēm a quo exiui in
mundū ⁊ ad quē reuertar. ⁊ ſic pꝫ
ꝓbatio ꝑmi ꝓpoſiti. ſ. ꝙ xp̄s ſit lux
ꝑ eſſentiā q̄꜡ verbū eſt a prē ꝓgredi
ens ſicut lux a luce (Vos autē neſci
tis vnde venio aut quo vado) q̄꜡ eiꝰ
diuinitatē ignorabāt (Vos āt ſcḋm
carnem) Hic oñdit xp̄s antecedēs
eorꝫ eſſe falſū. Et diuidit in duas.
q̄꜡ primo poniꝰ xp̄i ꝓbatio. ſecundo
remouet iudeorꝫ obiectio. ibi. Dice⸗
bāt ergo Antecedēs eorꝫ erat ꝙ xp̄s
eſſet ſolus q̄ de ſe teſtiōniū ꝑhibe⸗
ret. ⁊ hoc eſt falſū. q̄꜡ filius dei non
pōt eſſe ſine patre ⁊ ſpū ſancto. qui
ꝯcorditer dant teſtimoniū cum eo
ut dicıꝰ pri. ioh. v. Tres ſunt qui te
ſtimoniū dant in celo ⁊c̄. tn̄ nō ſit

hic mentio niſi de patre. ⁊ hoc ē qꝺ
dicit (Vos ſcḋm carnē iudicatis) .ſ.
me eſſe ſolum hōiēꝫ (Ego nō iudico
quemꝙ̄) .ſ. ꝑ exteriora ſicut vos. q̄꜡
deꝰ intuet cor (Et ego ſi iudico iudi
ciū meū verꝫ eſt) .i. firmū (q̄꜡ non ſū
ſolus) ut ſupponitis. q̄꜡ nō pōt eſſe
ſolitudo ī diuinis: cū vna pſona ſit
in alia ⁊ econuſo. ideo ſequit. (Sed
ego ⁊ q̄ miſit me prꝛ ⁊c̄) ex hoc argu
it ad ꝓpoſitum. d (Et in lege veſtra
ſcriptū eſt) deutro. xix (Quia duorꝫ
hōim teſtimoniū verum ē) .i. debet
reputari verum. q̄꜡ ꝙ̄uis duo homi
nes poſſunt ſimul mētiri: tn̄ nō ꝯti
git de facili. (Ego ſum qui teſtimo
niū perhibeo de meipſo) Ecce vna ꝑ
ſona (Et teſtimoniū ꝑhibet de me
qui miſit me pater) ecce alia. argu
mentū eſt a minori. Si eñ duorum
hominū teſtioniū eſt firmū qui ha
bent cognitionē ꝑuam ⁊ pn̄t habe
re affectionēꝫ diſtortā: multo fortiꝰ
teſtiōniū prīs ⁊ filij in diuinis vbi
nō poteſt eſſe talis defectus debꝫ fir
mū reputari. (Dicebant ergo) Hic
remoueꝰ iudeorꝫ obiectio. Audiētes
eñ ꝙ allegabat prēm ſuum in te⸗
ſtimoniū: ſtatim obiecerūt (Vbi ē
pater tuus) .q. d. nō ē talis ac tan
tus: ꝙ in hoc ſit ei credendū. Crede
bant eñ eū eſſe hominē purū filiū io
ſeph. ⁊ iō de ipſo deriſorie q̄rebant
(Rn̄dit ihs) obiectionē excludendo
(Neqꝫ me ſcitis) ſcḋm deitatē (neqꝫ
prēm meū) per ꝯſequens. q̄꜡ cogni
to vno correlatiuorꝫ: cognoſcit ⁊ re
liquū. idō ſequitur (Si me ſciretis)
Q̄uis eñ iudei hn̄t maiorē noti⸗
ciā ꝙ̄ gentiles ſcḋm qꝺ dicit pſ. lx
xv. notus in iudea ⁊c̄. tn̄ nō cogno
ſcebant eū quantū ad miſteriū tri⸗
nitatis. q̄꜡ nō erat adhuc plene re
uelatū. (Hec locutus ē ihs in gazo
philacio) .i. in loco vbi ponebāt ob
lacōes ꝓ edificijs templi Hoc autē
addit euāgeliſta ad oñdendum ꝙ
iheſus tunc erat in loco vbi poterat
faciliter capi ab eis qui q̄rebant eū
occidere: niſi fuiſſent repreſſi diuīa

virtute. Jdeo ſequit᷑ (Et nemo ap̄
hendit eū. qꝛ nōdū venerat hora eiꝰ)
.i. ab eo preordinata. qꝛ qn̄ voluit
captus eſt ⁊ nō ante (Dixit ergo ite
rum) Hic ꝓbat ſecundū ſuprapoſi
tum ſcꝫ ꝙ ſequens eū non ambula
bat in tenebris. Et diuidit᷑ in duas
Qꝛ primo oñdit eos quibꝫ loque
bat᷑ habere huiꝰ lucis defectū. Scḋō
ſubdit huiꝰ defectus remediuꝫ. ibi.
Dicebāt ergo. Circa primū ſciendū
ꝙ recedēte ſole viſibili de nr̄o emiſ
perio cauſant᷑ ibi tenebre. ita ſimi
liter xp̄o q̄ eſt ſol iuſticie ex h̄ mun
do p morte recedente: iudei p maio
ri pte ſunt obtn̄brati tenebris infi
delitatꝪ. ⁊ in eis obſtinati. ⁊ hoc iu
ſto iudicio dei. qꝛ viderāt ſigna in
vita eiꝰ ⁊ in morte. ꝓpter que gen
tiles legꝪ ⁊ ꝓphetaꝝ noticiā non hn̄
tes crediderunt xp̄o. Similit᷑ ptꝫ de
illo centurione q̄ viſis tot ſignis in
morte xp̄i: dixit. Vere filiꝰ dei erat
iſte. ut habet᷑ math. xxvij. ⁊ idō iu
dei qui nō ſolum p miracula viſa ſꝫ
etiā p oracula ꝓphetaꝝ predcā pote
rant eū cognoſcere verū xp̄m. ⁊ pſe
quētes eū merito ſunt a deo dimiſ
ſi ꝓpt᷑ eorū ingratitudinē. ⁊ ſic exce
cati totalit᷑ p obſtinacōeꝫ. et h̄ eſt
qḋ dicit᷑ (Dixit ergo iteꝝ eis ih̄us.
Ego vado) ſcꝫ ad prēm p mortē ſꝫm
humanitateꝫ. a quo tn̄ nō receſſit
ſꝫm diuinitatē (Et queritꝪ me) ſcili
cet pſeqn̄do me in mēbris meis. qꝛ
poſt mortē xp̄i iudei pſecuti ſunt a
ploſ ⁊ alios xpriſti fideles vſqꝫ ad
mortē. ut pꝫ actu. viij. (Et in pctō
veſtro moriemini) .i. ꝓpt᷑ pctm̄ ve
ſtrū. qꝛ propt᷑ perſecutionē xp̄i ⁊ a
ploruꝫ ciuitas iheruſalē deſtructa
ē. ⁊ templū ꝯbuſtū. ⁊ pp̄ls occiſus
ab exercitu romano. ut fuerāt a xp̄o
predictū expreſſiꝰ luce. xix. Jheru
ſalē ih̄rlm q̄ occidis prophas ⁊c̄.
(Quo ego vado vos nō poteſtis veni
re ⁊c̄) ſcꝫ ad glaꝫ prīs veſtra infide
litate h̄ impediente (Dicebant ḡ)
Hic ꝯñr iheſus docet remediuꝫ. Et
diuidit᷑ in duas. qꝛ primo hm̄oi re

mediū ꝓponit. ſcḋō eius efficaciam
oñdit. ibi. Dicebat ḡ. Circa primū
ſciendū ꝙ h̄ remediū ꝯſiſtit in veni
endo ad xp̄m p fidem q̄ eſt verā lux
Jdeo diuidit᷑ in duas. qꝛ primo re
mediū huiꝰ fidei oñdit. Scḋō ad cre
dendū eos inducit. ibi. Dicebāt ḡ
ei. Prima in duas. qꝛ primo ponit᷑
iudeoꝝ int᷑rogatio. ſcḋō ſubdit᷑ xp̄i
rn̄ſio in qua dat᷑ remediū predictū
ibi. Et dicebat eis. Circa primum
ſciendū ꝙ audierāt iudei xp̄um vo
luntarie moriturū p illud qḋ h̄etur
yſa. liij. Tradidit in mortē animā
ſuā. q̄ ſcriptura ⁊ totū capituluꝫ ex
ponit᷑ de xp̄o ab antiq̄s doctoribus
hebreoꝝ. ⁊ idō iudei deriſorie quere
bant de iheſu quē reputabāt falſū
xp̄m (Nunq̄d int᷑ficiet ſemetipſū)
Qꝛ dixit. quo ego vado vos non po
teſtis venire. Si eñ ſerioſe loq̄rent᷑
de implecōe huiꝰ prophecie. dicēnt
ſic. nunq̄d ex ſimplici voluntate ſe
pabit᷑ aīa a corpe. qḋ ptꝫ ex eo qḋ
ſubdit᷑ (Quo ego vado vos non po
teſtis venire) Jpſi eñ poterāt ſeip
ſos int᷑ficere: ſed non poterāt aīam
ſuā ꝓ voluntate ſua tradere. ſic fuit
ꝓphetatū de xp̄o per yſayā. ⁊ in ihe
ſu fuit adīpletū. (Et dicebat) Hic
ponit᷑ xp̄i rn̄ſio in qua datur predi
cti verbi intellectus dicens (Vos de
deorſuꝫ eſtis) .i. de maſſa corrupta
pondere originalis pcti. ⁊ iō habe
tis debitū mortꝪ ⁊ nc̄citatē moriēdi
ꝓpter qḋ ſepatio aīe a corpe nō ſb
iacꝫ ſimplici veſtre voluntati (Ego
de ſupnis ſum) qꝛ ſꝫm deitatē habꝫ
eandē naturā cū prē. ſcḋm humaī
tatē aīa eſt a deo immediate. ⁊ cor
pus formatū ſpū ſancti virtute. ⁊
ꝓpter hoc hꝫ plenū dominiū ſuper
corpꝰ ſuum ſepando aīam ab ipſo.
et reuniendo. ſcḋm ꝙ dicit .ī. x. ca.
Ptātem habeo ponendi aīam meā
⁊ poteſtatē habeo iteꝝ ſumendi eā
Jdō ſequit᷑ (Vos de h̄ mūdo eſtis)
corpe ⁊ affectu (Ego nō ſū de h̄ mū
do) Qꝛ ſcḋm ꝙ deꝰ precedit mundū
ut cauſa effectū. nec ē ꝑs vniuerſi.

ſcd̃m autẽ humanitatẽ ꝓpter virtu
tem formatiuã eodẽ mõ eſt dicend.
q̄ illa virtus fuit virtus ſpũſſancti
Quantũ aũt ad aĩam ⁊ corp9 hñ ẽ
ꝑs vniũſi. ⁊ ſic ẽ de mundo quantũ
ad ſbam: nõ aũt quantũ ad pc̃i de
ordinacõm. q̃ deordinatio noĩe mũ
di in ſacra ſcriptura freqñr deſigna
tur: ut ſup̃ dictũ ẽ. j. ca. ⁊ h̃ mõ iu=
dei erãt de mũdo ꝓpt̃ infidelitat̃ pec=
catũ. ꝓpt̃ hoc ſubdit̃ (Dixi ergo vob̃
q̄ moriemini in pc̃tis vr̃is) Supra
dixerat in pc̃tõ vr̃o in ſingulari. q̃a
pñcipale pc̃tm̃ eoꝝ erat ꝑſecu° xp̃i
ſed ad h̃ ſeq̃bant̃ multa alia pc̃tã.
ꝓpter h̃ replicauit hic in plurali in
peccatis vr̃is. Et ↄñr oñdit remedi
um ↄtra iſta mala dicẽs. (Si enĩ nõ
crediderit̃) fide formata caritate (q̄
ego ſum). vobis in lege ⁊ ꝓphetis ꝓ
miſſus (moriemini in pc̃tõ veſtro).
(Dicebant ergo) Oſtenſo remedio
euadẽde mortis qđ eſt per fidẽ xp̃i.
Hic ↄſeqñter inducit eos ad creden
dũ ſibi. Circa qđ premittit̃ iudeorũ
interrogatio dicẽs (Tu quis es) q.
d. oñde nobis q̄ tu ſis talis ⁊ tãtus
q̄ debeat credi tibi (Rñdit eis ih̃s)
ꝓbando q̄ debet ei credi ꝑ hoc q̄ eſt
omniũ creaturaꝝ primũ principiũ
⁊ ꝑ ↄſequens veritas prima ⁊ infal
libilis. ⁊ hoc eſt qđ ſubdit̃ (Princi
piũ quia loquor vobis) Et q̄ ẽ pri
mũ omniũ rerũ pñcipiũ: omnia re
ducit in ſeipſũ cum ſit finis oĩm. iõ
cõſeqñter oñdit q̄ ad ipſum ptinet
omniũ iudiciũ: ꝑ qđ alia reducũt
in ipſũ. ⁊ hoc ẽ qđ dicit (Multa ha
beo de vobis loqui ⁊ iudicare) nõ di
xit vobis. ı. ad vtilitatẽ veſtrã: ſed de
vobis. ſ. ad malũ veſtrũ: qđ erit ĩ iu
dicio futuro (Sed qui miſit me verax
eſt) q̄ adimpleuit ꝓmiſſum de pri
ma miſſione filij: que nõ eſt ad cõ=
demnandũ vel iudicandũ mundũ:
ſed magis ad ſaluandũ ꝑ doctrinã
Ideo ſequit̃ (Et ego que audiui ab
eo hec loquor in mũdo) Dicit enĩ ſe
audire a patre. q̄ inquantũ de9 ha
bet ſcientiã a patre: tñ eandẽ cũ ip

ſo ſicut ⁊ eſſentiã. inquantũ hõ ha=
bet ſciam infuſam ab eo (Et nõ cog
nouerũt q̄ prẽm eius dicebat deũ)
hoc addit euangẽla ut oñderet ceci=
tatẽ eoꝝ. Veruntñ q̄ multi iudeoꝝ
in morte xp̃i crediderũt: videntes mi
racula q̃ acciderãt in morte eius. ut
h̃etur luce. xxiij. Similit̃ ad predica
tionẽ apl̃oꝝ multi iudeoꝝ crediderũt
poſt mortẽ xp̃i. ut habet̃ actuũ. ij.
ideo ſubdit̃ (Dixit eis ih̃s. Cũ exal=
taueritis filiũ hoĩs). ſ. in cruce ĩ qua
fuit extenſus in aere. ⁊ per qđ exal
tatus eſt a patre. ſcd̃m q̄ dicit̃ phi
lipp̃. ij. Humiliauit ſemetipſũ factus
obediens vſq; ad mortẽ. mortẽ au
tẽ m crucis. ꝓpter qđ de9 exaltauit il
lum ⁊c̃ (Tũc cognoſcet̃ q̄ ego ſum)
. ſ. vere xp̃s. vtitur aũt tali modo lo
quendi vt reducat eis ad memoriã
illud exo. iij. Ego ſũ qui ſũ (⁊ a me
ipõ facio nihil) q̄ ſcd̃m q̄ de9 h̃z totã
virtutẽ operatiuam a pr̃e: licet ean
dem ſicut dictũ eſt de ſcientia. ſcd̃m
q̄ homo illa natura ẽ organũ diui=
nitatis ↄiunctũ. ⁊ ideo nihil poterãt
opari niſi ſcd̃m motũ ⁊ regulationẽ
ipſius dei. ideo ſequit̃ (Sed ſicut do=
cuit me pat̃ hec loquor: ⁊ qui miſit
me mecũ eſt). q̄ ſcd̃m deitatẽ pater
ẽ in filio ⁊ econuerſo. Scd̃m hũani
tatẽ vero ipſa deitas ẽ in hoĩe x° ſpã
li mõ. ſ. ꝑ realem vnionẽ. ꝑ quẽ mo
dũ nõ eſt in aliquo alio (Et non re
liquit me ſolũ) q̄ filius ſcd̃m q̄ de=
us non poteſt ſepari a patre. ſcd̃m
vero q̄ homo poteſt ſepari de poten
tia abſoluta: ſed de potẽtia ordĩata
natura aſſumpta nunq̄ dimittet̃.
q̄ qđ ſemel aſſumpſit nunq̄ depo=
net: ut dicit damaſcenus. (Quia q̃
placita ſunt ei facio ſemp) Inquan
tum enĩ deus idem vult ⁊ facit qđ pr̃
q̄ eoꝝ eſt vna voluntas ⁊ opatio. ĩ
quantũ vero homo eius voluntas et
opatio regulant̃ abſq; aliqua obli
quatione a regula diuine volũtatis
ut p; ex predictis (Hec illo loquẽte
multi crediderũt in eum) hoc addit
euãgeliſta ad oñdendũ q̄ remediũ

fidei predictũ extũc incepit habere
efficaciã quantũ ad aliq̃s iudeorũ
(Dicebat ḡ) Poſtq̃ ſaluator indu
xit aliq̃s ad remediũ fidei· Hic ɔñr
oñdit efficaciã h⁹ remedij· Et diui
dit in duas· q2 primo circa h͛ poni
tur xp̄i inſtructio· ſcd̄o iudeoꝝ ɔtra
dictio· ibi R̄ñderũt ḡ· Efficacia au
tem fidei in h͛ cõſiſtit q2 dat pfectaꝫ
liberatitatẽ q̃ eſt maxime deſidera=
bilis a creatura rõnali· Q2 ſenſibi
liter videm⁹ q2 bruta aĩalia liberta
tem preeligũt ventris ſatietati· Et
multo forti⁹ homo de cui⁹ natura ẽ
libertas· P hoc em̃ differt ab alijs
aĩalibus q2 ẽ liberi arbitrij· et ideo
debet verã libertatẽ omnibꝫ ꝑpone=
re ꝑpter q8 ſaluator oñdit q2 effica
cia fidei ſe extendit ad dandã liber
tatẽ pfectã· ⁊ hoc eſt q8 dicit (Dice
bat ḡ ih͛s ad eos q̃ crediderũt ei iu
deos) q2 ipſi libertatẽ maxime deſi
derabãt (Si vos manſerit͛ in ſermo
ne meo: vere diſcipuli mei eritis) h͛
dixit· q2 aliq̃ eoꝝ ficte credebant· ⁊
iſti nõ erãt veri diſcipuli (Et vos co
gnoſcetis veritatẽ) ſcꝫ fidei p doctri
nã meã (Et veritas liberabit vos)·
Q2 in p̄ñti veritas fidei liberat a ſer
uitute culpe· in q̃ inchoat͛ vera lib͛
tas: ⁊ in futuro a ſeruitute miſerie
qñ ipſa creatura liberabit͛ a corpoẽ
mortis· ut h͛etur roma· vij· Tunc li
bertas pficiet͛· q2 aĩa erit ſubiecta
ſoli deo· in quo ɔſiſtit ei⁹ libertas·
ꝑpter q8 dicit augꝰ· Voluntas tua
erat libeã ſi fuerit pia· pietas autẽ
eſt ſeruit⁹ dei· ⁊ corp⁹ erit oĩno ſub
iectũ ipſi aĩe p dotes gl͛ie (R̄ñdert)
Hic ponit͛ iudeoꝝ ɔtradictio· Et di
uidit͛ in duas· q2 primo ponit͛ h͛ cõ
tradictio· ſcd̄o remouet͛· ibi· R̄ñdit
Circa primũ ſciendũ q2 audierũt a
xp̄o ſe poſſe ɔſequi libertatẽ p eius
fidẽ· In h͛ aũt implicat͛ q2 ipſi eẽnt
ſerui· ⁊ ideo ſtatĩ ɔtradixerũt nobi
litatẽ ſue originis allegantes· ⁊ h͛
eſt q8 dicit͛ (Semẽ abrahe ſum⁹: et
nemini ſeruiuim⁹ vnq̃ ⁊c̃) Maĩfe
ſte pꝫ h͛ dictũ eoꝝ falſũ· q2 ſi intelli
gebant loq̃ de toto ꝑplo iudaico pꝫ
dicti falſitas ex hoc q2 ꝑpl͛s iudaic⁹
quater centũ annis fuit in egipto
in ſeruitute magna· ⁊ iteꝝ· lxx· an
nis in babilone· In terra etiã ſua
freq̄nter ſeruierũt regi aſſirioꝝ ⁊ a
lijs nationibꝫ· utꝫ· iij· Re· ⁊· iiij· Si
aũt loq̄bant͛ de ſeipſis p illo tp̄e pꝫ
etiã dicti falſitas· q2 tũc ſeruiebãt
romanis ⁊ quolibꝫ anno reddebãt
tributũ eis· ꝑpt͛ hoc dixerunt· Io· xix·
Nõ hẽmus regẽ niſi ceſarẽ· (Quõ
tu dicis· q2 liberi erit͛) Saluator eis
duo pmiſerat· ſcꝫ cognicõꝫ veritat͛
d· (Cognoſcet͛ veritatẽ) ⁊ donũ lib͛
tatis dicẽs (Et veritas lib͛abit vos)
Licet autẽ ſit pei⁹ deficere a cogniti
one q̃ a libertate tñ iudei ſic͛ carna
les ⁊ ſupbi magꝰ iniuurioſũ reputa
bant carentiã libertat͛· ⁊ iõ dimiſ
ſo defectu cognicõis q̃ implicabatᶻ
in verbis xp̄i dicẽtis· Cognoſcetis
veritatẽ· q̄ſierunt tm̃mõ de defectu
libertat͛ implicato in hoc v͛bo· veri
tas libeãbit vos (R̄ñdit ih͛us) Hic
remouet͛ iudeoꝝ ɔtradictio· In con
tradicẽdo autẽ negauerũt vnũ· ſcꝫ
ſeruitutẽ: dicẽtes· nemĩ ſeruiuim⁹
vnq̃· ⁊ aliud affirmauerũt ſcꝫ gener͛
nobilitatẽ dicẽtes· filij abr̄he ſum⁹
Idõ ſaluator primo pbat eẽ verum
q8 ipſi negabãt· ⁊ ſcd̄o excludit ſe
cundũ q8 affirm̃bant· ibi· Scio q2 fi
lij· Circa primũ ſciendũ licꝫ xp̄s poſ
ſet ſtatĩ oñdere eos eẽ ſeruos ſuitu
te tpali· ut pꝫ ex predictis· tñ h͛ nõ
curauit· q2 ipſemet ſeruire voluit ⁊
ſolue͛ tributũ· ut h͛etur math͛· xvij·
ſed oñdit eos ſuos ſeruitute culpe
de qua eis predixerat: licet intelle=
xiſſent male de ſeruitute tpali· ⁊ h͛
eſt q8 dicit͛ (R̄ñdit eis ih͛s· Amen
amen dico vobis· q2 omnis q̃ facit
peccatũ) cuiuſqꝫ ɔditionis· ſiue ſit
nobilis ſiue ſit ignobil͛· ſiue diues
ſiue paup (ſuus eſt peccati) Cui⁹
ratio eſt· q2 ſicut ille dicit͛ liber qui
mouetur ꝑprio motu· ſic dicit͛ ſeru⁹
eo q2 mouetur ad impium domini
ſui· In ope autẽ peccati hõ mouet͛

ꝯtra illud q̄d eſt ſibi ꝓpriū. q2 viue
re ſc̄m rectā rōem ē ꝓprius hōis mo
tus. ut h̄etur. j. ethi. Jn pctō autē
hō moueť ꝯ rectā rōem. ⁊ ideo licet
pctm̄ ſit voluntariū: tn̄ in ipſo cōſi
ſtit maxima ſeruitus. ipſi aūt erāt
peccatores manifeſti Ex quo cōclu
diť ꝙ erant vere ſerui. Et ꝯn̄r oñdit
penā hui9 ſeruitutis dicens (Seru9
aūt non manet in domo ineternū)
Jſta dom9 eſt eccīa: vbi ſerui culpe
nō manēt ineternū. lꝫ mō maneāt
ad tps in ipſa inq̄ntū ſunt de nūo
fideliū. q2 mō admixti ſunt mali cū
bonis: ſꝫ in futuro iudicio ſepabun
tur ſicut oues ab hedis ut h̄etur ma
th. xxv Per quē modū aūt pn̄t ab
hac pena liberari oñdit dicēs (Fili
us) .ſ. dei (manet ineternū) q2 ſolus
eſt ſine pctō. ⁊ ē filius dei naturaľ.
⁊ ſic habet ptātem alios liberandi
a peccato: faciendo eos filios dei per
grām adoptionis. ⁊ hoc eſt q̄d con
cludit (Si ergo fili9 vos liberauerit)
a ſeruitute culpe p modū predictū.
(vere liberi eritis) q2 in hoc ꝯſiſtit li
bertas vera. ut pꝫ p predicta. (Scio
q2 filij) Hic ſaluator excludit ſecun
dum: oñdendo primo ꝙ nō ſint abr̄
he filij. ⁊ ſecundo cuius ſint filij. ibi
vos ex patre dyabolo ēē Prima in
duas. q2 primo oñdit ꝙ nō ſint a
brahe filij. ſcđo ꝙ nō ſunt filij dei ibi
Dixerūt ergo. Circa primū ſciendū
ꝙ vera filiatio declarať p imitacōēꝫ
ꝯditōnis paterne. iudei aūt nō imi
tabanť facta abrahe. Ex quo cōclu
dit ſaluator ꝙ eius veri filij nō erāt
ꝗuis ab eo carnaliť deſcendiſſent.
⁊ hoc eſt q̄d dicit (Scio q2 abrahe fi
lij eſtis) tm̄modo carne: ſed nō mo
rum imitacōe. ideo ſequiť (Sed q̄ri
tis me interficere) cuius cā ſubditur.
(q2 ſermo me9 nō capit in vobis) lo
quiť de verbo dei ad modū materia
lis hami: q̄ nō capit piſcē niſi capi
atur a piſce. Sic verbū dei nō capit
hoīem ad vitā eternā: niſi capiať p
fidē. ⁊ iō predicatores vocan̄ in ſcp̄
tura piſcatores (Ego q̄d vidi apud

patrē loquor) .ſ. veritatē meam. q2
xp̄s inquantū de9 habet eandem vi
ſionē diuine eſſentie cū patre. (Et
vos que vidiſtis apud p̄rem veſtꝝ
facitis) .i. apud dyabolū. de quo in
fra exprimit ꝙ ſit pater eoꝝ. ſed ſc̄ꝫ
criſoſto. lrā talis eſt (Et vos q̄ vidi
ſtis apud p̄rem veſtꝝ facite) q.d. ſi
cut facio ⁊ loquor veritatē quā vidi
apud p̄rem: ⁊ vos facite q̄ vidiſtis
apud abrahā .i. potuiſtis videre in
ꝯſideracōe vite eius p ſcripturā: ſed
prima lrā magis cōſonat ſeq̄ntibꝫ
cū diciť (Reſponderūt ⁊ dixerūt ei.
pater noſter abrahā eſt) q.d. Ne
ſcimus quē tu vocas patrē noſtrū
q2 adhuc nō exp̄ſſerat de dyabolo
(Pater noſter abrahā eſt). ꝓpter
q̄d ꝯcludit xp̄s (Si filij abrahe eſtis
opa abrahe facite) q2 imitatio p̄ris
eſt ſignū vere filiationis. q̄d non ē
in vobis. ⁊ hoc ꝓbat ꝯſeq̄nr dicens
(Nunc autē queritis me interficere
hominē qui veritatē locutus ſum vo
bis quā audiui a deo) ⁊ miſſus ſuꝫ
nunciare eā vobis. (Hoc aūt abra
ham nō fecit) ſed magis nūcios dei
reuerenter ſuſcepit: ut habeť gene.
xviij. ⁊ ideo ꝯcludit (Vos facitꝭ ope
ra patris veſtri) .ſ. dyaboli. ut pate
bit ex lrā ſeq̄nti (Dixerūt) Hic ꝯſe
quenter oñdit ꝙ nō ſint filij dei: vi
dentes em̄ iudei ꝙ ex operibꝫ filiacō
nē arguebat: ideo dixerūt ſe filios
dei cui9 legē ⁊ cerimonias ſeruabāt
nō ſic autē alie nacōes ydolatrie de
dite. ⁊ h̄ eſt q̄d dic² (Nos ex forni
cacōe nō ſum9 nati) Fornicacōēꝫ vo
cant ydolatriā p quā aīa ſepatur a
deo. ꝓpter q̄d ipſa ydolatria freq̄nr
nomina² fornicatio in ſacra ſcriptu
ra (Vnum patrē h̄emus deū) q2 nō
colebant pluralitatē deoꝝ ſicut gē
tiles. Sꝫ hanc p̄rnitatē excludit ſal
uator dicens (Si deus p̄r veſter eſſ:
diligeretis vtiqꝫ me) quia ſignum
filiationis humane ē imitatio ope
rum: immo ut veri9 loquar in h̄ ꝯſi
ſtit hec filiatio que ē p adoptionē.
ſc̄m q̄d h̄etur ephe. v. Jmitatores

dei eſtote ſicᵗ filij cariſſimi. ⁊ ambu
late in dilcõe. Iſta dilectio non eſt
in eis. qꝛ ſi diligerent deū p̄rem: di
ligerent filiū. xp̄us autē eſt dei na
turalis filiꝰ. ideo ſequitᵗ (Ego ei ab
co p̄ceſſi ⁊ veni) ⁊ ſic p̄z veritas pre-
dicte ꝯſequētie. Si deus p̄r veſter eſ
ſet: diligeretꝭ vtiqꝫ me. Et oñdit cõ
ſequentᵗ ꝙ hͦ nõ deberet eos latere:
dicẽs (Quare loquelã meã nõ cog
noſcitis). q. d. Que ē cã ꝙ ex verbͦ
meis ⁊ factis nõ cognoſcitꝭ me xp̄m
a deo miſſum. Et rñdet dicens (Qꝛ
nõ poteſtis audire ſermonē meū).
q. d. defectꝰ non ꝓuenit ex operibꝫ
meis vel doctrina: ſed ex vrã malicia.
a. qꝛ tantū odiū ꝯtra me ꝯcepiſtis
ꝙ non poteſtis me audire. nec per
ꝯñs v̄ba mea diligere. ⁊ multo mi
nus in bonū intᵉpretari. Mala eñi
affectio ꝑuertit iudiciū rõnis. ⁊ iõ
inuidia ⁊ odiū qꝺ ꝯceperunt iudei
erga xp̄m ex hoc ꝙ arguebat pctã
eoꝝ fuit cã excecacõnis ⁊ obſtinati
onis eoꝝ. ut declaraui diffuſiꝰ ſup
matheū. xxi. (Vos ex p̄re dyabolo
eſtis) Hic ꝯſequēter oñdit xp̄s cu
ius ſint filij Et diuiditᵗ in duas. qꝛ
primo ponitᵗ xp̄i probatio. ſcdõ rñ
ſio iudeoꝝ iniurioſa. ibi Reſpõde-
runt ꝰ. In prima pte dꝛ ſic (Vos
ex p̄re dyabolo eſtis ꝑ imitacõe ⁊
non ꝑ creationē. ideo ſubditᵗ (Et de
ſideria p̄ris veſtri) ſcꝫ dyaboli (vul
tis ꝑficere) Qꝺ ꝓbat ꝯſeqñr ꝯdicõ
nes dyaboli explicãs. ⁊ poſtea ad
ipſos applicans. Vnã ꝯdicõem dy
aboli tangit dicẽs. (Ille homicida
erat ab inicio) Homo eñi in ſpē hu
mana reponitᵗ per aĩam. ⁊ ideo ille
magꝭ ꝓprie eſt homicida q̄ aĩam in
terficit ꝑ pctm̄ mortale: ꝙ ille qui
interficit corpꝰ ꝑ qꝺ homo cõuenit
cū brutis. hoc aūt facit dyabolus ⁊
fecit a pñcipio mundi. qꝛ ꝑ ſugge-
ſtionē eius primum pctm̄ hoīs ꝯti
git. ⁊ in hoc officio ꝯtinue ꝑſeuera
uit Et aliã ꝯditionē eius tangit cū
ſubdit (Et in veritate non ſtetit) .i.
in debita obedientia ad deū. Res eñi

dicitᵗ vere: inquantū ꝯformatꝰ ve
ritati prime. ⁊ q̄ veritate deuiauit
dyabolus ꝑ peccatū ſupbie Terciã
ꝯditionē tãgit dicẽs (Cū loq̄tur mē
daciū ex ꝓprijs loquitᵗ) .i. ex habitu
malo in quo ē obſtinatus. Et ſub
ditᵗ cauſa (Qꝛ mendax ē ⁊ patᵗ eiꝰ)
.i. ipſiꝰ mendacij. Ille eñi dicitᵗ mē
dax non tñ p̄r mendacij q̄ menda
cia ab alijs inuenta ſolū refert. Sꝫ
mendax ē ⁊ p̄r mendacij q̄ non ſo
lum refert mendacia: ſꝫ etiã ea fin-
git. ⁊ ꝓpter hͦ dyabolus dicitᵗ pater
mendacij. qꝛ primū mendaciū ad
inuenit cū dixit mulieri geñ. iij. ne
quaꝙ̄ moriemini Conſeqñtᵗ iſtas
ꝯditiones applicat ſaluator ad iu
deos dicẽs (Ego autē ſi veritatē di
co vobis: quare nõ creditꝭ mihi) q.
d. ꝑ hoc apparet ꝙ ꝓpetas vrã ē reci
pe falſa ⁊ mendacia ⁊ nõ vera. Sed
qꝛ pñt dicere. ꝙ non credimꝰ tibi hͦ
nõ eſt ꝓpter odiū veritatis: ſed ꝓptᵉ
maliciã tuam. qꝛ malus homo es.
Ideo ſubdit hͦ remouẽs (Quis ex
vobis arguet me de pctõ). q. d. Si
hētis aliqꝺ pctm̄ qꝺ poſſitis ſuper
me oñdere: patus ſum audire ⁊ me
rõnabiliter purgare. ⁊ ideo cū hoc
nõ poſſitis facere (Si veritatē dico)
ſiꝑ qꝛ (quare nõ creditꝭ mihi). Et
ſubdit cauſã dicẽs (Qui ex deo eſt
v̄ba dei audit. qꝛ quilibꝫ audit do-
ctrinã ad quã ē affectatꝰ. qꝛ eſt ſi
bi ꝯnaturalis. ⁊ idõ ꝯcludit (Prop
terea vos nõ auditꝭ) .i. recipitꝭ v̄ba
dei ex ore meo (qꝛ ex deo nõ eſtis) ⁊
ꝑ ꝯſequens ſeq̄tur ꝙ ſitis ex dya-
bolo nõ per creationē: ſed ꝑ imitati
onē (Rñderunt ergo). Oſtenſo p̄re
eoꝝ. ponitᵗ eorū iniurioſa rñſio. Et
diuiditᵗ in. d. qꝛ primo ponitᵗ dicta
rñſio. ſcdõ ipſiꝰ rñſionis manſueta
declinatio. ibi. Rñdit iħs. Circa p̄-
mum ſciendū ꝙ modus hominū q̄
neſciunt rõnabiliter rñdere eſt ad
conuicia ſe ꝯuertere. ⁊ ideo iudei nõ
habentes qꝺ xp̄õ reſponderēt ad cõ
uicia ſe conuerterunt dicẽtes (Nõ
ne bene dicimus qꝛ ſamaritanꝰ es)

Licet enī xp̄s eſſet gēe iudeus ⁊ nō
ſamaritanus · tñ vocāt eū ſamarita
num duplici de cā · Vna eſt q̄ ſup̄
dictū eſt ca · iiij · q̄uis ſamaritani eſ
ſent gētiles tñ legē in p̄te ſuabāt ·
⁊ ideo erat vulgare apud iudeos · q̄
ille qui in p̄te legē ſeruabat ⁊ ī p̄te
legē ſoluebat vocabat ſamaritan9
q̄uis eſſet iudeus ꝓpter ſilitudinem
ad ſamaitanos ſicut apud xp̄iāos
aliquis dr̄ iudeus vel ſaracenus qui
ritū catholice fidei in p̄te ſoluēs iu-
deis ⁊ ſaracenis quantū ad aliq̄d aſ-
ſimilat · Alia cā eſt q̄a ſamaritani
erāt multū infeſti iudeis ⁊ odibiles
eis vt ſup̄ dc̄m eſt · iiij · c · ⁊ iō vulga
re erat apud iudeos q̄ hoīes malos
⁊ eis odibiles vocabāt ſamaritaōs
q̄uis eſſent iudei · Talis autē erat
xp̄s ſm̄ reputationē eoꝝ · ideo voca
bant eū ſamaritanū · (Et demoniū
habes) h̄ enī iudicabant de xp̄o ꝓpt̄
mirabilia q̄ faciebat ⁊ magicis arti-
bus imputabant · ⁊ q̄ ſecreta eorū
frequēter dicebat · ⁊ q̄ aliqñ q̄dā
alta ⁊ ſubtilia loquebat̄ q̄ nō intel
ligebant · ꝓpt̄ q̄d eū arreptitiū dice
bant ſicut de ſaul dr̄ · j · re · xviij · q̄ ia
reptus a demonio ꝓphetiſabat ī au
la ſua (Rn̄dit ih̄s) Hic po² ip̄i9 xp̄i
manſueta declinatio · q̄ cū maledi
ceretur nō maledicebat · vt habet̄
j · pe · ij · ideo mā ſuete iniuriā decliat
d · (Ego demoniū nō habeo) Q̄d pʒ
q̄ demoēs expellebat · nec doctrinā
malā habebat : ſed ſanctiſſimā · vtʒ
intuenti · Si enī aliquis hō in nulla
lege imbutus videret xp̄i doctrinā ·
ſtatī ex ſola rōne naturali iudicarʒ
eā mundiſſimā · reſpectu cuiuſcūq̄
alterius doctrine · Sic̄ miācula xp̄i
nō fiebant virtute demonis · q̄d ptʒ
ex h̄ q̄ faciebat multa nō ſolū virtu
tem demonis : ſed cuiuſcūq̄ creatuē
trāſcendētia · ſicut eſt ſuſcitatō mor
tuorum · illuminatio cecoꝝ · ⁊ illu-
ſtratio ſubita hominū ſimpliciū · ⁊
ꝯſimilia · Et hec patet q̄ fiebāt vir
tute diuina · ideo ſequit̄ (Sed hono
rifico patrē meum) declarādo eius ve

ritatem in miraculo · (⁊ inhonora-
ſtis me) attribuendo demoni q̄d v̄tu
ti diuine deberet attribui · Et ne poſ
ſent dicere q̄ talia diceret ad iactā
tiam ſubdit · (Ego aūt gl̄iam meaꝫ
nō quero) Sed querit̄ hic cū xp̄s q̄
reret gl̄iam dei patris ⁊ eadē ſit glo
ria patris ⁊ filij · quō p̄ōt dicere ego
gl̄iam meā non quero · Dicendū q̄
dirigit verbū ad intentionē eoꝝ q̄-
bus loquebat̄ · qui reputabant eū
querere honorē mundanū · ⁊ eſt ſē
ſus (Ego gl̄iam meā nō quero) q̄ ·
d · Ego nō quero gl̄iam meā ab ho
nore dei patris deuiantem ſicut vos
creditis (Eſt qui querat ⁊ iudicet)
q · d · illi qui querūt gl̄iam mundi ·
poſſūt manifeſte iudicare ⁊ ꝑpende
re p̄ facta mea q̄ ego talia nō que-
ro · q̄ vita xp̄i in pauptate ⁊ abie-
ctione exn̄s gl̄ie mūdane erat ꝯtra
ria · aliter exponit̄ (Ego gl̄iam me
am nō quero) · i · exaltationē meā p̄
nunc · q̄ ante paſſionē xp̄s q̄rebat
abiectionē (Eſt qui querat) · ſ · deus
pater q̄ poſt humiliationē in cruce
exaltauit euʒ · ⁊ dedit illi nomen q̄d
eſt ſup oīe nomē vt dr̄ phil · ij · (⁊
iudicet) · ſ · deus pater de illis q̄ me ī
honorant vindictā faciendo de ip̄is
q̄d factū eſt qñ in vindictā mortis
xp̄i deſtructa eſt ciuitas ⁊ templuʒ
⁊ ꝑpl̄s occiſus eſt ⁊ captiuatus per
romanos (Amen amen dico vobis)
Hic ꝓbat terciū ſupraꝑpoſitū · ſ · q̄
ſequens xp̄m lumē habeat vite · Et
diuidit̄ in duas · q̄ p̄mo ponit̄ xp̄i
ꝓbatio · ſecundo iudeoꝝ obiectio · ibi
Dixerunt ergo · In p̄ma p̄te dr̄ ſic ·
(Amen amē dico vobis) · i · fideliter ·
⁊ duplicat̄ ad maiorē affirmatōeʒ
(Si q̄s ſmonē meū ſeruauerit mor
tē non videbit in eternū) · Cuius rō
eſt q̄ ſemen eſt verbū dei · vt habet̄
luce · viij · inquantū vita eterna ī v̄-
bo dei ꝯſiſtit ſicut in quodā prin° ſe
minali · q̄ finalr̄ ꝓducit in vitā bea
tam · ſicut virtute ſemīs ꝓducit̄ fru
ctus · Et ideo ſicut ille qui ſeruat ſe
men a corruptōe ꝑducit ad fructū · ſic

ſeruās verbū diuinū puenit ad bti
tudinis ſtatū. q̄ beatitudo deſignaꝛ
cum dicit (Nō videbit mortē) vita
em̄ beata in viſione a fruicōe ↄſiſtit
a ideo p excluſionē mortꝭ gehenne
q̄ huic viſioni opponit ↄſecutio bea
titudīs intelligit. a ſic pꝫ q̄d ſupꝰ
fuit ꝓpoſitū. ſcꝫ ꝙ ſequens xp̄m hꝫ
lumen vite. qꝛ ſeq̄la xp̄i in obſerua
tione verbi eiꝰ ↄſiſtit (Dixerūt) Hic
ponit iudeoꝝ obiectio in ↄtrariū Et
diuidit in duas. qꝛ primo ponit di
cta obiectio. ſcd̄o xp̄i rn̄ſio. ibi. Rn̄
dit ih̄s. Obiectio aūt eoꝝ incipit a
ↄuitio. qꝛ ſicut hoīes irrōnabiles a
turbati ſtatī dixerūt (Nunc cogno
uimꝰ qꝛ demoniū habes) q. d. priꝰ
tm̄ opinabam̄ te habere demoniū:
ſed mō ſumus certi. qꝛ ita eſt ꝙ nl
la falſitas a deo eſt: ſed a dyabolo:
qui ē pater mēdacij ut tu dixiſti. v̄
bum aūt tuū eſt apertū mendaciū
Ad cuius ꝓbationē inducūt (Abr̄
hā mortuꝰ eſt a ꝓphete) qui tamen
ſermonē dei ſeruauerūt: q̄ eſt maio
ris virtutꝭ q̄ꝫ ſit ſermo tuꝰ. Et ideo
patet falſū q̄d tu dicis (Si quis ſer
monē meū ſeruauerit: mortē nō gu
ſtabit in eternū) Ex quo ptꝫ ꝙ deci
piebant in equiuoco. exq̄ xp̄s dice
bat de morte ſp̄uali. ipſi autē acce
perūt de morte corpali. Et ideo que
runt deriſorie duo. Primū ē (Nun
quid tu maior es pr̄e nr̄o abrahā)
q. d. non. Secundū eſt (Quē te fa
cis) q. d. manifeſte pꝫ ꝙ ad glām
vanā de te falſa dicis (Rn̄dit ih̄s)
Hic ponit xp̄i rn̄ſio. a primo ad ſe
cundū. ſcd̄o ad primū ibi Abrahā
Et qꝛ in vltimo q̄ſito imponebant
ei querē vanā glām. ideo hoc exclu
dit dicens (Si ego glifico meipſū)
i. ſi ego q̄ro glām meā preter regu
lam veritatꝭ diuine ut vos mihi im
ponitꝭ (gl̄a mea nihil ē) i. falſa. qꝛ
falſū eſt nō ens vel nihil: ſed non ē
ita. qꝛ gl̄a mea eſt a deo pr̄e a quo
nullū falſū pōt eſſe. a hoc eſt q̄d di
cit hic (Eſt pr̄ meus qui glorificat
me) p miraculoꝝ opationē. a poſt
ea glificabit p reſurrectōnis a aſcē
ſionis glām (Quē vos dicitis. q̄a
deus veſter ē) p operū imitationē.
ſed hoc eſt falſū. q̄d ꝓbat dicēs (et
nō cognoſcitis eū) per fidē formatā
in qua cōſiſtit dei filiatio p adoptio
nē (Ego autē noui eū) ſicut filiꝰ na
turalis habēs eandē ſcientiā cū ip
ſo (Et ſi dixero qꝛ non ſcio eum: ero
ſimul vobis mēdax) ſicut eſtis men
daces. aſſerendo vos eū cognoſcere
cū tn̄ nō eū cognoſcatis. Ita eſſem
mendax ſi aſſererē me eū ignorare
cū inquantū deus habeā noticiā eā
dem cū eo a inquantū hō eū clarē vi
deā. a ideo ſubdit (Sed ſcio eū) ſcilꝫ
predcō mō (a ſermonē eius ſeruo)
Hoc addit. qꝛ vera cog̃tio p opera
demrātur In oī em̄ opere malo eſt
aliqua ignorantia. ꝓpter q̄d dicit
ph̄us. iij. ethicoꝝ. Oīs malus eſt
ignorans (Abrahā) Hic rn̄dit ad
primū Queſierāt em̄ primo deriſo
rie ſi ipſe eſſet maior q̄ꝫ abrahā. et
rn̄dit ꝙ ſic dicens (Abrahā pater
veſter exultauit ut viderꝫ diē meū)
Qꝛ abrahā deſiderauit cognoſcere
tempꝰ aduentus xp̄i. q̄d eſt videre
xp̄m in ſpiritu. a ſic patet ꝙ ē ma
ior abrahā. ꝓpter hoc em̄ cognitio
nē hanc deſiderabat qꝛ ab ipſo om
niū gentiū redēptionē expectabat
(Vidit a gauiſus eſt) qn̄ dictū eſt
ei. In ſemine tuo benedicent omēs
gentes terre. gene. xxij. Et qn̄ in fi
gura triū angeloꝝ ſibi apparentiū
cognouit trinitatꝭ miſteriū. Gen̄.
xviij. a in oblacōe yſaac. ꝓpter q̄d
locus ille dictus ē. dn̄s videt. ut hē
tur gene. xxij. qꝛ dn̄s fecit videre a
brahā occultū xp̄i miſteriū. Sed cō
tra hoc dictū xp̄i veraciſſimū argu
unt dicētes. (Quinq̄ginta annos
nondū hēs a abrahā vidiſti). q. d.
hoc ē impoſſibile. q̄a a morte abra
he vſqꝫ ad tp̄s xp̄i fluxerūt anni cir
cit duo milia. Solet q̄ri cū xp̄s nō
hrēt vltra. xxxiij. ānos: quō aſſum
pſerīt tantā ſupfluitatē dicēdo Qui
q̄ginta an. ac. Dicēd ꝙ ꝓpt laudēs

ꝛ ieiunia videbāť longe maioris ē
tatis ꝙ eſſet. vel ſm alios ꝓpť reue
rentiam anni. l. qui erat iubileꝰ. iu
dei ꝑ ipm ꝯputabant. ꝛ eſt ſenſus
(. l. annos ⁊c̄). q. d. nō vixiſti adhꝫ
vnū iubileū (ꝛ abrahā vidiſti) Ex
mō loquēdi apparet eoꝝ falſitas et
calūnia. Quia xp̄s nō dixit vidi a
braham. ſicut ipſi repetūt: ſed econ
trario ꝙ abrahā viderat ip̄m. ꝗꝛ tñ
eoꝝ obiectio ꝓcedebat ex hꝫ ꝙ ſolū ī
eo naturā humanā ꝯſiderabāt. ideo
oſtendit ſe naturā diuinaꝫ habere
dicens (Amen amē dico vobis an⸗
ꝙ abrahā fieret ego ſum). vbi oñr
eius eternitas ꝯiūgendo verbū pre
ſentis tp̄is ego ſum. cū verbo p̄teri⸗
ti temporis anteꝙ̄ fieret ꝗꝛ et̄nitas
aſſiſtit omni tp̄i. Et ꝗꝛ iudei neſcie
bant vbis eius ꝯtradicere rōnabili
ter loquēdo. iō ꝯtradixerunt corpa
liter pſequēdo. ideo ſubdiť (Tule⸗
runt lapides vt iacerēt in eum) ſicut
in blaſphemum. Et patet manife⸗
ſte ꝙ nō mouebanť amore iuſticie
ſed liuore inuidie. ꝗꝛ in lapidatōe
blaſphemij requiritur debitus ꝓceſ
ſus ꝑ accuſationē corā iudice ꝛ te⸗
ſtium depoſitionē ꝛ iudicis ſñiam.
ꝛ tunc ſequiť lapidatio extra ciui⸗
tatem vt habeť leuit. xxiiij. Ipi aūt
volebāt euꝫ lapidare omiſſo ꝓceſſu
p̄dicto. ꝛ in loco ſacro qꝺ erat illici
tum etiā de ꝯiuncto. ꝓpter qꝺ ioia⸗
da pōtifex fecit athaliā trahi extra
ſepta tēpli anteꝙ̄ occideretᷣ vt habe
tur. iiij. regꝫ. xj. ca. (Ihs aūt abſcō
dit ſe) nō occultādo retro parietē vť
aliqꝺ hmōi: ſꝫ vtute diuīitatis ſe rō
dendo eis inuiſibilē. Et in hꝫ nobis
exm̄ patiētie dedit. ꝛ fidelibus ſuis
materiā ꝯſolatōis. q̇ aliqñ ſe abſcō
ſuri erāt (ꝛ exiuit de tēplo) ꝑ medi⸗
um illoꝝ inuiſibiliť ꝑgens. ſicut dꝛ
de illis qui voluerūt eū p̄cipitare lu
ce. iiij. Ihs aūt trāſiens ꝑ mediuꝫ
illoꝝ ibat. tamen a ſuis diſcipulis
videbatur. ꝗꝛ ſecuti ſunt eum ⁊c̄

Capitulū Nonum

Et p̄teriens ihs) Poſtꝙ̄ cri
ſtus oñdit ſe hre virtutē il⸗
luminatiuā verbo. Hic oñr
hꝫ oñdit ſenſibili ſigno. Et diuiᷣ in
tres. ꝗꝛ p̄° poᷣ quedā miraculi p̄fa
tio. ſecundo miāculi opatio. ibi. Et
cū dixiſſet. tercio miraculi facti exa
minatio. ibi. Itaqꝫ viam. p̄cedētia
miraculū ſunt duo. ſecundū poᷣ ibi
Rñdit ihs. Primū qꝺ fuit p̄cedens
ip̄m miraculū ꝛ eius occaſio fuit di
ſcipuloꝝ int̄rogatio de ceco nato. ꝛ
hꝫ eſt qꝺ diciť (Et p̄teriens ihs) in
exitu tēpli de quo dictū eſt in fine p̄
cedentis ca. (vidit hoīem cecū a na
tiuitate) ꝗꝛ ibi ſedebat mendicans
elemoſinā ab ingrediētibꝫ templū
Et diligenter intuitus eſt euꝫ ihs.
vt dicit criſ. quaſi vellet aliq̇d age
re circa eū. ꝛ ideo diſcipuli moti ſūt
ad querendū de cauſa cecitatis eiꝰ
dicentes (Rabbi quis peccauit hic
aut parētes eius vt cecus naſcereᷣ)
Ex hoc enī ꝙ ſupra dñs ſanādo lā⸗
guidū dixerat iā amplius noli pec
care ne deterius tibi ꝯtingat oſten
dens ꝙ pct̄m fuerat cauſa illius lā
guoris vt ibi dictuꝫ fuit. Ideo apli
ꝯſiliť crediderūt de iſto ceco nato. ꝙ
peccatū ip̄ius vel parentū eſſet cau
ſa huius cecitatis (Rñdit ihs) Hic
poniť ſecundū p̄ambulū ad mira⸗
culum. ſ. xp̄i rñſio. ex qua oñditur
ꝙ cecitas ꝯtigit vt virtus diuina in
eius ſanatione declareť. ꝛ hꝫ eſt qꝺ
dꝛ (Neqꝫ hic peccauit neqꝫ parētes
eius vt cecus naſcereť) Non negat
ſimpliciter ip̄m peccaſſe vel paren⸗
tes eius: ſꝫ ſolū ad illud de q̇ int̄ro⸗
gatur. q. d. nec peccato ꝓprio cecus
natus eſt. ꝗꝛ ante natiuitatē pecca
re non potuit. in quo apparet que⸗
ſtio apoſtolorum ridiculoſa quan
tum ad hanc ꝑtem nec mirū. quia
adhuc rudes erant ante receptionē
ſp̄ūſſancti. neqꝫ peccato pentū con
tigit. licet enī parētes ꝑ peccatis ſu
is aliquādo puniant in filijs mon
ſtruoſis. inquantū talia mōſtra ex
dina iuſticia naſcunᷣ. tñ freq̄ntius

fit ſine pctō. ſcʒ ꝓpter indiſpoſicōeʒ materie vel debilitatē virtutꝭ que ē in ſemine. Verūtñ ꝙuis talia ſint a caſu reſpectu nature create ſūt tñ ordinata reſpcū diuine ꝓuidentie. ⁊ aliqñ ordinanꝰ ad declaratione dñ uine virtutꝭ in operibʒ miraculoſis ⁊ ſic erat de iſto. ideo ſequitꝰ (Sʒ ut manifeſtenꝰ opa dei in illo) in eius mirabili illuīatione. Vnde ſubditꝰ (Me oportet opari) Iſtud nō im ꝑtat coactōem voluntatꝭ in xpō: ſed immobilitatē ei⁹ a diuina ordi nacōe (opa eius q̄ miſit me) ſcʒ pa tris. hoc dixit qꝛ miracula illa facie bat v̄tute diuina. ⁊ humaītas xp̄i opabatur inſtrumētalitꝰ (donec di es ē) i. ꝙ diu ſum pñtialiter ſuper terrā in humanitate aſſumpta. Si cut eñ pñtia ſolis ſup terrā facꝰ di em: ſic pñtia xp̄i qui ē ſol iuſticie ī humanitate aſſumpta fecit quēdā diem grē ſpūalem. q̄ dies durauit a xp̄i natiuitate vſqʒ ad ei⁹ aſcenſi onē. licet poſtea remāſerit nobiſcū ſacramentalitꝰ vſqʒ ad mundi finē Et tunc (venit nox qñ nemo p̄t opa ri) qꝛ poſt iudiciū null⁹ poterit mēri vel a culpa ad grām ꝯuerti (ꝙdiu ſū in mundo lux mundi ſū) ipſū do ctrina ⁊ miraculis illuſtrādo (Hoc cū dixiſſet) Hic ꝯñr ponitꝰ miraculi opatio in q̄ duo exprimunꝰ que in miraculis diuinis requirunꝰ. ſcili cet dei potētia opans ⁊ ſanati fides ⁊ obedientia diſponēs. et h̄ eſt q̄d dicitꝰ (Hoc cū dixiſſet expuit in ter ram) Saliua eñ fluit a capite ⁊ iō ꝑ hanc expuicōm oñdit ꝙ v̄tus ſa natiua quodāmō erat ab e⁹ huma nitate: inq̄ntum ē organū diuini tatꝭ. ꝓpter hoc dicitꝰ luc. vi. v̄tus de illo exibat: ⁊ ſanabat oēs (Et fecit lutū ex ſputo) ut oñderet ſe eē illuʒ qui formauit primū hoieʒ de limo. (Et liniuit ſup oculos ei⁹). Inter corpa aīalium nobilius ē corpus humanū. ⁊ in corpe humano capꝰ eſt ꝑs nobilior. ⁊ in capite oculus Et ideo ex formacōne ꝑtis nobilio ris repte in corpalibʒ oñdit xp̄s ſe eē formatorē corpis (Et dixit ei. va de ⁊ laua in natatoria ſiloe) hoc di xit ut cecus tranſeūdo ſic ꝑ ciuitatē linitus luto: ⁊ multis videretur. et per cōſequens miraculum magꝭ di uulgaretꝰ ⁊ ꝯfirmareꝰ (q̄d interpre tatꝰ miſſus) Hoc addit euāgla vo lens intꝰpretari nomen hebraycū. ad deſignandū miſteriū xp̄i miſſi ad ſalutē hoīm (Abijt ḡ) in quo pʒ fides ceci (⁊ lauit: ⁊ venit vidēs) nō v̄tute luti: alioq̄n vidiſſet ſtatī cuʒ impoſitū fuiſſet. Et iteꝝ hoc ptʒ. qꝛ nō vidit donec lutū amotū fuit. nec virtute aq̄. qꝛ hoīes ibi freq̄nter ſe lauabāt. ⁊ idē cecus alias de illa ſe lauerat. qꝛ cōis erat ⁊ tñ virtutem illuīatiuā null⁹ ibi exptus fuerat. ⁊ ſic pʒ ꝙ illa illuīatio virtute diui na facta ē (Itaqʒ vicini) Hic ꝯñter ponitꝰ miraculi facti examinatio. ⁊ primo a turb. ſcdō a phariſeis. ibi. Adducūt aūt. In prima examina tione fit inq̄ſitio de tribʒ. Primo de ipſo illuīato. vtrū eſſʒ ille qui pri⁹ dicebatꝰ cecus nat⁹. ⁊ h̄ eſt q̄d dici tur (Itaqʒ vicini ⁊ q̄ viderāt eū pri us) frequēter. Cui⁹ cā ſubditꝰ (Qꝛ mendic⁹ erat) ⁊ ſic ſuā cecitatē fre quentꝰ eis expoſuerat elemoſinā pe tendo (dicebāt. Nōne hic ē qui ſe debat ⁊ mendicabat) q. d. ſic ꝑcer to. qꝛ dc̄m eoꝝ erat firmū ꝓpꝰ expi entiā frequentē (Alij autem) volen tes impugnare facta xp̄i (dicebāt nequaꝙ) ſupple ē ille cec⁹ natus (ſʒ ſimilꝰ eius ē) Ex viſu eñ fit hō ma xime cognoſcibilꝭ. ⁊ ideo reſtitutio viſus ita mutauerat vultū eius: ꝙ vix poterat recognoſci niſi a valde exptis quales erāt vicini q̄ freque̅ ter eū viderāt (Ille aūt dicebat. qꝛ ego ſū) ⁊ in hoc excludit alioꝝ du biū. ⁊ ſicut g̊at⁹ cognoſcit diuinū beneficiū. Sed ꝯſequenter q̄runt de mō illuīationis dicentes (Quō ap ti ſunt tibi oculi? Rñdit. ille homo qui dicitꝰ iheſus) Licet enim ipſum alias non vidiſſet cū eſſet cecus: tñ

frequēter audiuerat nomē eius. ⁊
p voce ipm ↄgnoſcebat (fecit lutū ⁊
vnxit oculos meos) Aſſerit tm̄ ille
qđ fiebat. ſenſeāt enī lutū poſitum
ſup oculos ſuos p tactū. ⁊ cū eſſet
in loco ſicco in quo nō eāt lutū p h̄
ſciuit ꝙ xp̄us illud lutū fecerat: ſed
vtꝝ feciſſet cū ſputo vel aqua h̄ nō
cognouit. ⁊ iō repetēdo non dicit lutū
ex ſputo: ſȝ tm̄ fecit lutū ⁊c̄. Queſi
to de mō illuiationis querūt tercio
de ipō illuminātē dicētes. (Vbi eſt
ille. ait neſcio) qꝛ anteꝗ̄ eſſȝ reūſus
de natatorijs ſiloe videāt ibȝ qꝛ a lo
co illo declinauerat (Adducūt) Po
ſita examinatōe miraculi corā tur-
bis. Hic ↄñr ponit examinatō ei9
corā phariſeis. Et diuidit in .ij. qꝛ
p̄mo examināt miraculū. ſecūdo in
ducunt illuminatū ad veritatē ne-
gandū. ibi. Vocauerūt rurſū Pria
in duas. qꝛ p̄° examināt miraculū
p ipm illuminatū. ſecūdo p pentes
ip̄ius. ibi. Nō crediderunt. Pria in
duas. qꝛ p̄° po² illuiati interrogatio
ſecūdo ex h̄ audientiū diuiſa opinio
ibi. Dicebāt ḡ. In prima ḡ pte d̄r
ſic (Adducūt aūt eū ad phariſeos
qui cecus fueāt) h̄ fecerāt malignā
tes ↄtra ip̄m volentes oñdere qđ fe
ciſſet ↄtra legē. ꝓpter qđ ſb̄dit euā-
geliſta (Erat aūt ſabbatū qñ lutū
fecit ih̄s ⁊ aperuit oculos eius) pha
riſei enī arguebāt xp̄m de violatōe
ſabbati (Iterū īterrogabāt eū pha
riſei quō vidiſſet) Sciendū ꝙ inter
rogauerunt eū ordinate de trib̄ȝ p̄-
dictis in p̄ma examinatōe: ſed euā
geliſta h̄ breuiter repetit (Ille aūt
dixit eis ⁊c̄) (Rn̄dēdo) ſicut pri9 (di
cebant) Hic po² diuiſitas opinio[m]
ſequentiū ex eius reſpōſione. quia
quidā ex phariſeis arguebāt xp̄m
de violatione ſabbati in h̄ facto di-
centes (Nō eſt hic hō a deo qui ſab
batum nō cuſtodit) Ipi falſū dice
bant. qꝛ opa corpalia ad dei mag-
nificentiā ordinata licite fiebāt ī ſab
bato ſicut dictū eſt ſup̄. v. ca. (Alij
aūt) ecōuerſo volentes factū xp̄i ex

cuſare ⁊ magnificaē (Dicebāt quō
pōt homo peccator h̄ ſigna facere)
q. d. nullo mō. Sed ↄtrariū videtur
math. vij. vbi d̄r de malis hoībus.
Dñe nōne in noīe tuo demonia eie-
cimus ⁊ virtutes multas fecim9. ſe
quitur nō cognoui vos. diſcedite a
me oparij iniquitatis ⁊c̄. Dicēduȝ
ꝙ miraculū eſt opus excedens om
nem virtutē creatā. ⁊ p ↄſequēs fit
a ſolo deo. Talia aūt fiūt ab ipō ad
teſtificandū aliq̄d qđ eſt ſupra hu
manā cognitionē. ⁊ hoc eſt duplr
Vno mō ad teſtificandū veritateȝ
alicuius doctrine exn̄tis ſup facul
tatem intellectus noſtri. ⁊ tunc oȝ
ꝙ illā doctrina ſit vera cū deus ñ ſit
teſtis falſitatis. tñ nō oportet ꝙ il-
le qui docet doctrinā illā ſit bonus.
qꝛ miraculū illud nō ſit ad teſtificā
dum eius bonitatē. ſed doctrine veri
tatem. ⁊ hoc mō aliqñ p malos ho
mines p̄dicantes fidem catholicā.
facta ſūt miracula ad ↄfirmationē
fidei catholice. ⁊ ſic intelligit illud
v̄bū math. p̄allegatū. Alio° fiūt mi
racula ad teſtificandū de bonitate
ip̄ius docentis. ⁊ tunc oportȝ ꝙ bo
nitas ſit ī illo. aliter deus eſſȝ teſtis
falſitatis. ⁊ hoc mō fiebāt miracu-
la xp̄i ſicut dictū fuit ſupra. v. c. O
pera que ego facio teſtimoniū p̄hi
bent de me. ⁊ hoc mō loquebā² iſti
dicentes. Quō pōt hō peccator ⁊c̄.
(⁊ ſciſma erat inter eos). ꝓpter qđ
requirit ſentētia ip̄ius illuminati
cum dicit (Quid dicis de illo qui a
peruit oculos tuos) Illud nō que
ſitum fuit ab illis qui īpugnabāt
facta xp̄i. qꝛ pbabile erat ꝙ reſpō-
deret p ſuo illuminatore ſȝ ab alijs
⁊ ſubdit eius reſponſio cum d̄r (Il
le aūt dixit qꝛ ꝓpheta eſt) Nō eſt in-
telligendū ꝙ ↄfiteret eū eſſe ꝓphe-
tam ↄmunit dictū ſicut fuit yſaias
vel iheremias. ſed ꝓphetā anthono-
matice dictuȝ qui erat pmiſſus ad
ſalutē hoīm ſm qđ dicit deut. xviij
ꝓphetam ſuſcitabit vobis deus ⁊c̄.
⁊ ſic cōfeſſus eſt ip̄m eſſe verū xp̄m

(Non crediderūt) Hic ponit inquiſitio miraculi p pentes ceci. et h ex
diuina ordinacōe factū eſt ad ma
iorē fidei miraculi declarationē. In
terrogant ꝗ pntes de trib. Primo
de pſona filij cū dicit (Hic ē filius
vr̄) intelligit introgatiue. Scdō de
mō naſcendi cū ſubdit (quē dicitis
q natus ē cecus) .i. fingitis: ꝗuis
forte non ſit ita Hoc dicebāt ut in
ducerent eos ad negandū. q parē
tes ſolent occultare mōſtruoſitatē
filioꝝ quā ꝯtrahunt a natiuitate.
q talis monſtruoſitas magis ꝯuer
tit in ꝯfuſionē pentum: ꝗ ſi poſt na
tiuitatē eſſ ꝯtracta p pueri defectū
Tercio ſi natus ſit cecus: querūt de
mō vidēdi dicentes (Quō ergo nūc
videt) Subdit parentū rn̄ſio. Et de
duob primis rn̄dent aſſertiue di
centes (Scim9 q hic eſt filius nr̄ et
q cecus natus ē) Magis volunt cōfi
